

NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
33 G
14
ROMA

SPECVLVM
IN QVO STATVS
FRANCISCANAE
RELIGIONIS EXPRIMITVR, ET IVSTA

Conuentualium de titulo, & primatu prætensio repreſentatur.




PARISIIS,
Apud IOSEPHVM BOÜILLEROT.
M. DC. XXVI.

Cappuccinor. Albani



REVERENDISSIMO P. MAGISTRO FAELICI DE Caßia, totius Ordinis Minorum Con. Ministro Generali, & admodum RR. PP. eiusdem instituti Prouincialibus S.



EX quo ad Procuratoris generalis dignitatem me vestra pro-

mouit benignitas, nostræ Religionis honore ductus, tituli, lociq; dignioris vsurpationẽ à Generali obseruantium factam, suæ Sanctitatis oculis, & sacro purpuratorũ Patrum senatui subjiciendam duxi. Verum cum nuncupati Obseruantes ex hoc statim per-

moti ſcriptis de repentè manum admouentes liuido ſuo calamo non pepercerint; ego ipſorum reſponſiones non in veritate, ſed vanitate, non in rationibus, ſed potius calumnijs leuiter fundatas, vigili ſtudio, ſtabiliq; modeſtię penna refellere, & repellere ſum

coactus, quæ in ſingulare teſtimoniũ amoris, & honoris, quo vos omnes proſequor, & Religionem amplector, in medium perferre, & vobis tanquã inclitis Seraphicæ Religionis parentibus offerre volui, exiſtimans ea, quæ ſollicitus ſtudij mei labor in priſti-


num noſtræ Religionis honorem eduxit, vnanimi aſſenſu & conſenſu veſtris oculis fore non iniucunda. Faxit Deus vt felicibus membris, ſub FAELICI capite conſtitutis & inſtitutis, felices anni, & felicia officiorum tempora felicitèr ſucce-

dant. Parisijs in profesto Beatiss. Patris nostri Francisci, anno 1626.

RR. PP. VV.

Humilis in Christo seruus,
Frater Gabriel Faber Parisien.
eiusdem Ordinis Procurator
generalis.

SPECVLVM



SPECVLVM,

IN QVO STATVS

Franciscanæ Religionis exprimitur, & iusta Conuentualium de titulo, et primatu prætensio repræsentatur.



INORVM Ordo authore sancto & Seraphico Patre Francisco, cœpit sub Innocentio tertio, anno 1212. quem Honorius tertius, anno 1224. diplomate Apostolico confirmauit, multísq; gratiis, & priui- Minorum origo.

legiis insigniuit. Minorum autem titulo Conuentualium nomen ab ipsius quasi surgentis Religionis primordiis adjunctum fuit, concedente Innocentio quarto sub anno 1250. At circa annum 1414. Reformatio fratrum, de Familia, siuè de Obseruantia nuncupata, cœpit, quàm Eugenius IIII. anno 1447. à Conuentualibus exemit, illæsa tamen & intacta Religionis vnitate, sub vna Conuentualium generali præfectura. Prodierunt diuersis etiam temporibus alij fratres Reformati; scilicet, Clareni, cæsareni, Colitani, Amadei, Caperrolarij, quos omnes familiæ obseruantium nuncupatorum Leo X. vniuit anno 1517. quo tempore ipsemet Pontifex, vt Minorum ordinem nouo vnionis modo quàm anteà fuerat coadunaret, Romæ in

Conuētuale nomen.

Origo Obseruantiū.

Plures reformati pluribus sub vocabulis.

Cóuentu Aracæli capitulum generale indixit, confluentibus Superioribus Conuentualium & Reformatorum, in quo multa ſtatuit, quæ duabus conſtitutionibus vnionis & concordiæ comprehenduntur, & hæc ſunt.

Ex Bulla vnionis prima.

§. IIII.

PRæcipitur, prout in Regula Patris Franciſci continetur, quod vnus præficiatur in Miniſtrum Generalem totius Ordinis, cùm illa plenaria poteſtate, quæ ex Regula ſibi competit, cui omnes, & ſinguli fratres in omnibus, quæ non ſunt contrà Deum, animam, & Regulá, firmiter teneantur obedire,

Bulla vnionis 1. Electio Miniſt. Generalis totius ord.

§. V.

Electio Generalis Minist. quando valida & irrita.

ELectio huiusmodi Generalis à solis Ministris prouincialibus reformatis fiat, & ne caput suis membris difforme appareat, nullus eligi possit in Ministrum generalem, nisi vitam ducat reformatam, & si fiat in futurum aliquid in contrarium, irritum habeatur: Idèm de Ministris Prouincialibus statutum est.

§. XIII.

Reformati qui sint, & dicantur.

REformati dicuntur illi qui purè & simpliciter Regulam B. Francisci seruant, & qui viuunt absque priuilegiis bona temporalia concernentibus: quo nomine compræhenduntur qui de Familia dicuntur. Item Clareni, Amadei, Coletani de sancto Euangelio, siue de Caputio, Discalciati, & quot-

quot reformati erant, qui omnes in vnum redacti ſub hoc nomine fratrum de Obſeruantia clauduntur. De cætero aliæ nouæ reformationes interdicũtur, niſi fiãt de conſenſu Miniſtri Generalis de Obſeruantia, & cæterorum Miniſtrorum Prouincialium; & ſi quæ futuræ ſint, per omnia præfato Generali de Obſeruantia, & Miniſtris ſubjiciantur. Nouæ reformat. interdicũtur.

In Bulla vnionis 2. quæ etiam dicitur Bulla concordiæ.

§. II.

TItulus Miniſtri, tam Generalis, quàm Prouincialiũ, à Conuentualibus in Obſeruantes transfertur, & præfectis Conuentualibus titulus Magiſtri conceditur. Et vt deinceps hoc ſemper ſeruetur, Bulla vnionis 2. Titulus Miniſtri & magiſtri.

alibi idem Pontifex caſſat, & annullat electionem Magiſtri Generalis Conuentualium, ſi fiat nomine & titulo Miniſtri.

§. V.

MAgiſter Generalis Conuentualium teneatur ſemper petere confirmationem ſuæ electionis à Miniſtro Generali de Obſeruantia, & pariter Magiſtri Prouinciales à Miniſtris Prouincialibus, ſicut alias Vicarius generalis, & Vicarij Prouinciales Obſeruantium accipere à Conuentualibus tenebantur.

§. VIII.

MIniſter Generalis, ſcilicet de Obſeruantia, tanquam totius Ordinis caput, poſſit viſitare Couuentuales, & omnia illa agere ſuper Conuentuales, domus, & Conuentus eorum, quæ Generalis

Conuentualium, quando erat Minister, facere poterat super fratres de Familia.

§. XI.

LOcum digniorem vbique locorum in processionibus, & actibus publicis Côuentuales Obseruantibus relinquere teneantur.

ITaque quatuor breuiter in fauorem Obseruantium ex supradictis Bullis colliguntur.

Ex his Bullis quatuor in fauorem Obseruantium colliguntur.

1. Quod Generalis reformatus, electus à reformatis, qui de Obseruantia dici debent, est absolutè Generalis totius Ordinis Minorum, cui soli competit titulus Ministri, & ei omnes Franciscani quotquot sint tenentur obedire.

2. Quod eo inscio & nolente non possint introduci nouæ reformationes, & si quæ futuræ sint,

ei ſemper, ac eius Miniſtris ſubjiciantur.

3. Quod Generalis Conuentualium vtatur tantùm titulo Magiſtri, & confirmationem à Miniſtro Generali qui eſt de Obſeruantia petere ſemper teneatur.

4. Quod ille Miniſter Generalis de Obſeruantia poſſit viſitare Conuentualium domos, & Conuentus, & tàm ei, quàm ſuis fratribus de Obſeruantia digniorem locum Conuentuales relinquere teneantur.

Generales Conuẽtualiũ nunquã confirmationem à Generalibus Obſeruantium ſumpſerũt.

Sed his nonobſtantibus Generales Conuentualium nunquàm confirmationem à Generalibus Obſeruantium iuxta tenorẽ Bullarum Leonis obtinere voluerunt. Nam primus Generalis electus poſt promulgationem earum fuit Antonius Dalmata, qui ſuam confirmatio-

firmationem ab ipsomet Leone obtinuit, cui successit Antonius Sassolinus electus Bononiæ, qui ab eodem Leone contrà præscriptum suarum constitutionum confirmatus fuit, cuius confirmatio in forma Breuis sub annulo Piscatoris habetur in Archiuio sanctorũ duodecim Apostolorũ. Ioannes autem Ferus, siuè Vigerius, & Iacobus de Ancona, qui vicissim post illos Generales extiterunt, à Clemente VII. confirmati fuerunt, vt videri potest in Archiuio abreuiaturæ Apostolicæ; atque eorum successores mordicùs semper obseruarunt, vt non nisi à Pontifice Maximo confirmarentur. Anno autem Domini 1525. etiàm contra Bullarum vnionis & concordię præscriptum, ac etiã repugnantibus Ob-

Præscripta Bullarum Leonis nõ seruantur.

Capucinorũ origo.

ſeruantibus, Congregatio Capucinorum cœpit ſub Clemente VII. quam Pontifex approbauit, & Præfectis Conuentualibus, & non Obſeruantibus ſubjecit Paulus autem III. eam maximis fauoribus proſecutus eſt, cui etiam concedit Vicarij generalis electionem, ſed ſub præſidio, & dominio Generalis Conuentualium, nèc vnquàm Congregatio Capucinorum Generali Obſeruantium, aut Miniſtris eius ſubiecta fuit. Rurſus ſub eodem Clemente VII. anno Domini 1532. prodiit reformatio Obſeruantium quæ Gregorio XIII. fauente anno Domini. 1579. à juriſdictione Miniſtrorum Prouincialium contrà tenorem Bullarum Leonis X. ſeiungitur. Tandẽ anno 1587. aliqui Reformati Ob-

Obſeruantium reformatio.

ſeruantes, nonnulli Eremitæ, & Tertiarij prodierunt, quos Sixtus V. in vnam redegit congregationem, ſub nomine Conuentualium reformatorum, & eam contrà tenorem Bullarum Leonis, Conuentualium Miniſtris ſubjecit. Ergò cùm res ita ſe habeant, Tertiarij in medium prodeunt.

Quæritur vtrùm Miniſter Generalis Obſeruantium dici poſſit Miniſter Generalis totius Ordinis Minorum. Et quia quæſitum hoc multa complectitur, quinque prò perfecta dilucidatione perquirenda, & ſoluenda videntur. An Miniſter Generalis Obſeruantiū dici poſsit Miniſter Generalis totius ordinis Minorum.

Primum, verùm ſupradictæ conſtitutiones Leonis vim & robur habeant.

Secundum, vtrū Generalis Obſeruantium, virtute dictarum conſtitutionum Leonis ſibi iure expo-

ſtulare poſſit titulum Generalis Miniſtri totius Ordinis Minorum.

Tertium, vtrùm nunc temporis plures Generales in Ordine Minorum ſint.

Quartum, cui ex tribus Generalibus dignior locus in Capella Pótificis, & actibus publicis debeatur.


Quintum, vtrum Procurator Conuentualium iuſtè prætendere debeat locum in Capella, & actibus publicis immediatè poſt Procuratorem Dominicanum.

An conſtitutiones Leonis vnionis & concordiæ nunc vim habeant.

Et incipiendum eſt à conſtitutionibus Leonis X. quibus tota dignitas Obſeruantium innititur. Quæritur ergò vtrùm conſtitutiones Leonis, quæ dicuntur Vnionis & concordię, nùnc vim & robur habeant. Et videtur quod non

& hoc multipliciter probatur. Primò, Leges vim non habent, quæ vsu positæ non sunt: sic enim docent juris Canonici, & Ciuilis Professores. Lex enim, siuè statutū, siuè decretale, siuè extrauagans tollitur per non vsum, & potissimùm si aduenia t casus, in quo ipsa executioni demandari possit. At tales sunt constitutiones Leonis, vt res ipsa manifestè demonstrat: nam, vt patet suprà, paulò post emanarunt nouæ reformationes, non solùm insciis, sed renuentibus Ministris Obseruantiū, qui etiam nunquam iurisdictionem habuerunt, aut exercuerunt in Ordine Minorum Conuentualium visitationis locorum, confirmationis Prælatorum, nec aliquid egerunt, quo aliquando habuisse in eos superioritatis prærogatiuam aliquam dici po-

Quinis rationibus probatur non habere vim.



fuerit, iuxtà tenorem Bullarum; quòd tamen erat præcipuum constitutionum propositum. Ergò sequitur, quòd tales constitutiones vim non habeant.

Secunda ratio.

Secundò, leges quæ saltem per cursum decem annorum, sciente Principe, non recipiuntur, abrogatæ intelliguntur. At constitutiones Leonis, nunquam à fratribus Conuentualibus, neque temporis processu à fratribus Capucinis, aut Reformatis Conuentualibus acceptæ fuerunt, sciente Pontifice, potissimum quoad illud, quod jurisdictionem dicit, vt iam dictum est, & iam à promulgatione earum, tempus centum annorum, & amplius intercipitur. Ergò cōstitutiones illæ abrogatæ, & irritæ dici debent.

Tertia ratio.

Tertiò, faciens legem destruere

poteſt legem, & ſi eam deſtruat, rectè deſtructa intelligitur. At verò ſancta ſedes, continuò ad hæc vſque tempora Generales Minorum Conuentualium confirmauit, quod expreſsè eſt contra Bullarum tenorem. Item prædictis Generalibus Conuentualiũ authoritatem confirmandi Vicarios Generales Capuccinorum conceſſit. Rurſùs titulum Generalis Miniſtri totius Ordinis Minorum ad ſolos Obſeruantes reſtrinxit; vnde in ſacro Concilio Tridentino cùm hac limitatione nominatur. Ergo ex cõtrario effectu & vſu, ſequitur ſanctam ſedem prædictas conſtitutiones abrogatas, & irritas feciſſe.

Quartò, Legis obligatio per actus contrarios ſciente Principe euacuatur, & ſufficit, ſecundùm Abbatem, binus aut trinus actus — Quarta ratio.

contrarius, ſciente Legiſlatore, vt lex vim non habeat & abrogata cenſeatur. At non bini, ſed multiplices imò continui producuntur actus contrarij, contrà præfatas cóſtitutiones, & non ſolùm ſciente Principe, ſed annuente & volente: nam Generalis Conuentualium, iam à multis annis gaudet titulo Miniſtri, ſancta ſede concedente, quæ etiam nouas reformationes, quæ exortæ ſunt, ſpeciali diplomate ei ſubjecit, decretis Leonis nonobſtantibus. Ergo concludendum præfatas conſtitutiones Leonis abrogatas eſſe.

Quinta ratio. Quintò, hoc idem ſic perſuaderi poteſt, Sixtus V. per Bullam motu proprio datam Romæ 1588. dictarum conſtitutionum Leonis X. expreſſum abrogatiouis ſignum oſtendit, cùm in erectione Archi-

confra-

confraternitatis Cordigerorũ Asſiſij, in celebri Eccleſia ſancti Franciſci fratrum Min. Con. fratri Clementi Bontadozio tunc Generali Ordinis Min. Con. tanquam vero ac legitimo ſucceſſori Seraphici Patris ſub titulo Miniſtri Generalis conceſſit, & ſucceſſoribus ſuis plenam facultatem inſtituendi, & erigendi, ac præfatæ Archiconfraternitati aggregandi in quibuſcunque mundi partibus, & in quibuſcunque Eccleſiis domorum, non ſolùm Conuentualium, ſed Capuccinorum, & de Obſeruantia, quaſcunque Confraternitates Cordigerorũ, vtriuſque ſexus fidelium. Quod etiam Clemens VIII. litteris Apoſtolicis, ſub datum Romæ anno 1593. in fratrem Philippum Geſualdum, tunc Conuentualium Miniſtrũ Generalem, ap-

probauit. Ergo ſatis patet ſedé Apoſtolicam, ex conceſſis in fauoré Conuentualium, & in contrarium Bullarum Leonis, eas vim nolle habere, & proinde ſubrogatas eſſe.

An Min. Gen. Obſeruantiũ ſibi iure vindicare poſsit titulũ Generalis totius ordin. Minor. virtute conſtitutionũ Leonis X.

His iam præmiſſis examinanda eſt ſecunda quæſtio, vtrum Miniſter Generalis Obſeruantium ſibi iure expoſtulare poſſit virtute dictarum conſtitutionum Leonis titulum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum. Et reſpondetur, quod non, & hoc ſic probari poteſt. Deſtructo fundamento, ſeu potiùs abſque fundamento ædificium conſtrui non poteſt: ſed Bullæ Leonis ſunt fundamenta, quibus innititur titulus præfecturæ Generalis totius Ordinis Minorum, quæ, vt ſuperiùs probatum eſt, penitus abrogatę cenſeri debét.

Ergo nullomodo Generalis Obſeruantium titulum primatus ſibi iure dictarum conſtitutionum expoſtulare poteſt.

Sed ſuppoſito etiã quod conſtitutiones Leonis nõ ſint abrogatæ, adhuc Miniſter Generalis Obſeruãtiũ totius Ordinis Minorũ titulum, earum virtute, non poteſt iure ſibi expoſtulare. Quòd probatur. Finis conſtitutionum Leonis fuit perpetua, puráq; Regulæ Obſeruantia, quàm proteſtati ſunt Obſeruãtes, tam ſuperiores, quàm ſubditi. Vnde Pontifex; quia, inquit, fratres de Obſeruantia indubitati ſunt fratres Ordinis beati Franciſci, cuius regulæ Obſeruatores fuerunt ſemper, & Deo fauente futuri ſunt. At cũ talis puræ regulæ obſeruantia modò apud Obſeruantes non vigeat, & iuxta Regulam, ceſſante

Finis & ſcopus Bullarum Leonis.

causa priuilegij cesset & effectus priuilegij. Ergo virtute Bullarum non potest Generalis de Obseruantia iure sibi expostulare prędictum titulum. Minor patet, ex nouis reformationibus emanatis, quę superfluæ fuissent, si viguisset obseruantia puræ Regulæ, & potissimum quia interdictæ erant. Item sic minor potest probari, quia obseruantia quã Pontifex supponit, est ea, vt superius notatum est, quæ viuit absque priuilegiis bona temporalia concernentibus. At plura priuilegia relaxatiua impetrarunt Obseruantes, vt omnibus notum est.

Nec probatio relaxationis Obseruantium, contra Bullarum Leonis præscriptum & suppositum, versatur in re difficili, siquidẽ Rodericus, testis fide dignus, multa af-

fert priuilegia in libro Collectionis Bullarum à Pio quinto concessa, non motu proprio sanctissimi summi Pontificis, sed instante Patre Ioanne de Aquileia Commissario Curiæ, qui, inter alia, hæc obtinuit contra ea quæ concernunt paupertatis puritatem. Primùm, quòd superior Ordinis disponere possit de pecunia expendenda per Sindicum, & Sindici de ea disponere nequeant, nisi in quibus, & quando Prælatus voluerit.

Multa concessa cōtra puritatem Regulæ Patribus Obseruātibus.

2. Quod fratres possint procurare pecunias, non solùm pro vrgentibus necessitatibus, sed etiam, pro ijs quæ non ita necessariæ sunt, imò pro superfluis, & curiosis.

Item, non solùm pro necessitatibus præsentibus & imminentibus, sed etiam pro futuris, pro quibus eleemosina apud Sindicum depo-

natur. At vti Sindico ad recipiendum pecunias, Speculum fratrum Minorum, Corduba, & author Compendij ſentiunt eſſe diſpenſationem, & relaxationem.

Et poſt hæc Gregorius XIII. laxiora & ampliora conceſſit Commiſſario Generali Familiæ Ciſmontanæ, quæ etiam referuntur à Roderico, ſcilicet, poſſeſſionem vinearum intra ſepta Conuentuũ, ex quibus ſingulis annis vinũ habetur. Et licet, inquit, ille Commiſſarius, non videatur conuenire puritati Regulæ & profeſſioni, poſſunt tamen fratres, vineas tenere, & illis tuta conſcientia vti; diſpenſante Papa, & benignè concedẽte.

Item, idem Gregorius conceſſit, quod Sindicus fratrum poſſit vendere fœnum, quod in pratis Conuentuum colligitur, & con-

uertere pretium in alias res. Prata ergò,& vineas ex indulto Apostolico possident Obseruantes,à tempore Gregorij XIII. qui sedit anno 1572. Et hinc sequitur, quod Obseruantes defecerunt, & alieni sunt ab illa purę regulæ obseruantia, quam supposuit Pontifex in constitutionibus Bullæ vnionis, & concordiæ. Ergo virtute constitutionũ supradict⁹ titulus ab Obseruantibus iurè vsurpari non potest.

Itẽ, Leonis decreta,aut pertinent ad jus commune,vt verè sint leges, aut sunt priuilegia. Si veræ sunt leges,ibi tenent, vbi est ratio legis,& intentio Legislatoris. Sed intentio legis, & voluntas Legislatoris est, vt qui gaudent hoc titulo primatus in toto ordine Minorum simpliciter Regulam absque indultis circa temporalia relaxantibus obseruẽt.

tuerit, iuxtà tenorem Bullarum; quòd tamen erat præcipuum constitutionum propositum. Ergò sequitur, quòd tales constitutiones vim non habeant.

Secunda ratio.

Secundò, leges quæ saltem per cursum decem annorum, sciente Principe, non recipiuntur, abrogatæ intelliguntur. At constitutiones Leonis, nunquam à fratribus Conuentualibus, neque temporis processu à fratribus Capucinis, aut Reformatis Conuentualibus acceptæ fuerunt, sciente Pontifice, potissimum quoad illud, quod iurisdictionem dicit, vt iam dictum est, & iam à promulgatione earum, tempus centum annorum, & amplius intercipitur. Ergò cōstitutiones illæ abrogatæ, & irritæ dici debent.

Tertia ratio.

Tertiò, faciens legem destruere

poteſt legem, & ſi eam deſtruat, rectè deſtructa intelligitur. At verò ſancta ſedes, continuò ad hæc vſque tempora Generales Minorum Conuentualium confirmauit, quod expreſsè eſt contra Bullarum tenorem. Item prædictis Generalibus Conuentualiũ authoritatem confirmandi Vicarios Generales Capuccinorum conceſſit. Rurſùs titulum Generalis Miniſtri totius Ordinis Minorum ad ſolos Obſeruantes reſtrinxit; vnde in ſacro Concilio Tridentino cùm hac limitatione nominatur. Ergo ex cõtrario effectu & vſu, ſequitur ſanctam ſedem prædictas conſtitutiones abrogatas, & irritas feciſſe.

Quartò, Legis obligatio per actus contrarios ſciente Principe euacuatur, & ſufficit, ſecundùm Abbatem, binus aut trinus actus Quarta ratio.

contrarius, ſciente Legiſlatore, vt lex vim non habeat & abrogata cenſeatur. At non bini, ſed multiplices imò continui producuntur actus contrarij, contrà præfatas cóſtitutiones, & non ſolùm ſciente Principe, ſed annuente & volente: nam Generalis Conuentualium, iam à multis annis gaudet titulo Miniſtri, ſancta ſede concedente, quæ etiam nouas reformationes, quæ exortæ ſunt, ſpeciali diplomate ei ſubjecit, decretis Leonis nonobſtantibus. Ergo concludendum præfatas conſtitutiones Leonis abrogatas eſſe.

Quinta ratio.

Quintò, hoc idem ſic perſuaderi poteſt, Sixtus V. per Bullam motu proprio datam Romæ 1588. dictarum conſtitutionum Leonis X. expreſſum abrogatiouis ſignum oſtendit, cùm in erectione Archi-

confra-

confraternitatis Cordigerorũ Aſſiſij, in celebri Eccleſia ſancti Franciſci fratrum Min. Con. fratri Clementi Bontadozio tunc Generali Ordinis Min. Con. tanquam vero ac legitimo ſucceſſori Seraphici Patris ſub titulo Miniſtri Generalis conceſſit, & ſucceſſoribus ſuis plenam facultatem inſtituendi, & erigendi, ac præfatæ Archiconfraternitati aggregandi in quibuſcunque mundi partibus, & in quibuſcunque Eccleſiis domorum, non ſolùm Conuentualium, ſed Capuccinorum, & de Obſeruantia, quaſcunque Confraternitates Cordigerorũ, vtriuſque ſexus fidelium. Quod etiam Clemens VIII. litteris Apoſtolicis, ſub datum Romæ anno 1593. in fratrem Philippum Geſualdum, tunc Conuentualium Miniſtrũ Generalem, ap-

probauit. Ergo ſatis patet ſedé Apoſtolicam, ex conceſſis in fauoré Conuentualium, & in contrarium Bullarum Leonis, eas vim nolle habere, & proinde ſubrogatas eſſe.

An Min. Gen. Obſeruantiū ſibi iure vindicare poſsit titulū Generalis totius ordin. Minor. virtute conſtitutionū Leonis X.

His iam præmiſſis examinanda eſt ſecunda quæſtio, vtrum Miniſter Generalis Obſeruantium ſibi iure expoſtulare poſſit virtute dictarum conſtitutionum Leonis titulum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum. Et reſpondetur, quod non, & hoc ſic probari poteſt. Deſtructo fundamento, ſeu potiùs abſque fundamento ædificium conſtrui non poteſt: ſed Bullæ Leonis ſunt fundamenta, quibus innititur titulus præfecturæ Generalis totius Ordinis Minorum, quæ, vt ſuperiùs probatum eſt, penitus abrogatę cenſeri debét.

Ergo nullomodo Generalis Obſeruantium titulum primatus ſibi iure dictarum conſtitutionum expoſtulare poteſt.

Sed ſuppoſito etiã quod conſtitutiones Leonis nõ ſint abrogatæ, adhuc Miniſter Generalis Obſeruãtiũ totius Ordinis Minorũ titulum, earum virtute, non poteſt iure ſibi expoſtulare. Quòd probatur. Finis conſtitutionum Leonis fuit perpetua, puráq; Regulæ Obſeruantia, quàm proteſtati ſunt Obſeruãtes, tam ſuperiores, quàm ſubditi. Vnde Pontifex; quia, inquit, fratres de Obſeruantia indubitati ſunt fratres Ordinis beati Franciſci, cuius regulæ Obſeruatores fuerunt ſemper, & Deo fauente futuri ſunt. At cũ talis purę regulę obſeruantia modò apud Obſeruantes non vigeat, & iuxta Regulam, ceſſante

Finis & ſcopus Bullarum Leonis.

causa priuilegij cesset & effectus priuilegij. Ergo virtute Bullarum non potest Generalis de Obseruantia iure sibi expostulare prędictum titulum. Minor patet, ex nouis reformationibus emanatis, quę superfluæ fuissent, si viguisset obseruantia puræ Regulæ, & potissimum quia interdictæ erant. Item sic minor potest probari, quia obseruantia quã Pontifex supponit, est ea, vt superius notatum est, quæ viuit absque priuilegiis bona temporalia concernentibus. At plura priuilegia relaxatiua impetrarunt Obseruantes, vt omnibus notum est.

Nec probatio relaxationis Obseruantium, contra Bullarum Leonis præscriptum & suppositum, versatur in re difficili, siquidẽ Rodericus, testis fide dignus, multa af-

fert priuilegia in libro Collectionis Bullarum à Pio quinto concessa, non motu proprio sanctissimi summi Pontificis, sed instante Patre Ioanne de Aquileia Commissario Curiæ, qui, inter alia, hæc obtinuit contra ea quæ concernunt paupertatis puritatem. Primùm, quòd superior Ordinis disponere possit de pecunia expendenda per Sindicum, & Sindici de ea disponere nequeant, nisi in quibus, & quando Prælatus voluerit.

Multa concessa cōtra puritatem Regulæ Patribus Obseruātibus.

2. Quod fratres possint procurare pecunias, non solùm pro vrgentibus necessitatibus, sed etiam, pro ijs quæ non ita necessariæ sunt, imò pro superfluis, & curiosis.

Item, non solùm pro necessitatibus præsentibus & imminentibus, sed etiam pro futuris, pro quibus eleemosina apud Sindicum depo-

uertere pretium in alias res. Prata ergò, & vineas ex indulto Apostolico possident Obseruantes, à tempore Gregorij XIII. qui sedit anno 1572. Et hinc sequitur, quod Obseruantes defecerunt, & alieni sunt ab illa purę regulæ obseruantia, quam supposuit Pontifex in constitutionibus Bullæ vnionis, & concordiæ. Ergo virtute constitutionũ supradict⁹ titulus ab Obseruantibus iurè vsurpari non potest.

Itẽ, Leonis decreta, aut pertinent ad jus commune, vt verè sint leges, aut sunt priuilegia. Si veræ sunt leges, ibi tenent, vbi est ratio legis, & intentio Legislatoris. Sed intentio legis, & voluntas Legislatoris est, vt qui gaudent hoc titulo primatus in toto ordine Minorum simpliciter Regulam absque indultis circa temporalia relaxantibus obseruẽt.

Ergò cùm fratres de Obſeruantia priuilegiis vtantur, ſanè frui nó debent huiuſmodi titulo.

Si autẽ decreta Leonis dicãtur priuilegia eſſe, tunc ſic argumentatur. Aut ſunt priuilegia perſonalia, & ſic perſonã ſequũtur, & cum ea extinguntur: aut ſunt cómunia in fauorem Familiæ Obſeruantium, & ita, vel eſt ob obſeruantiam puræ Regulæ promiſſam, vel ceſſante ipſa Obſeruantia. Secundum non eſt admittendum, quia contra intentionẽ Pontificis, & contra Canones, qui intendunt ſemper Regulæ obſeruantiam. Primum autem omiſſum eſt à præfatis Obſeruantibus, vt patet ex priuilegiis ab eis petitis & obtentis, & ex reformationibus denuò emanatis. Ergo ceſſata pura Regulę obſeruantia, non viget priuilegiũ. Ergo

Mini-

Minister Generalis de Obseruātia titulũ primatus in toto Ordine virtute dictarum constitutionum iurè pretendere non potest, nec debet.

Tertiò, quæritur. Vtrum plures sint Generales in Ordine Minorum.

An plures sint Generales in Ordine Minorum.

Siluester Maurolicus respondet negatiuè: nam in suo Religionum totius orbis Oceano libro 4. sub initio asserit, sed valdè liberè, ne dicam temerè, Ordinem D. Francisci ab vno Ministro Generali regi, & à duobus Vicariis, vno Conuentualium, & altero Capuccinorum. Verum istius Maurolici sententia, siuè potius dementia, confutatione non eget, & Maurolicus satis insigniter imperitiam demonstrat.

Vanæ vsurpationes Oseruant.

Rodericus autem tomo primo q.2. art.3. tres in Ordine Minorum Generales admittit, Conuentualiũ

Tres sunt Generales, nẽpè Con. Obseruantium, & Capuccinorũ.

Obſeruantium & Capuccinorum: mordicùs tamen affirmat Generalem Obſeruantium ſolùm dici totius Ordinis Minorum Miniſtrum, verè ſucceſſorem D. Franciſci in Seraphico Magiſtratu, quod probat ex conſtitutionibus Leonis ſupradictis, in quibus duo ad rem inter alia ſancita animaduertit. Primum, quòd ſigillum Ordinis à Conuentualibus ablatum, Obſeruantibus collatum fuit, cuius inſcriptio eſt, ſigillum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum. Secundum, quod Pręfectus Obſeruantiæ deinceps vocatur Miniſter Generalis totius Ordinis, vt Regula diſponit, quòd idem eſt, ac ſucceſſor D. Franciſci.

At hic (pace tanti viri dicam) falsò, & cautè citat conſtitutionũ Leonis decreta. Falsò quidẽ, quia de ſigillo ablato à Conuentuali-

bus, prædictę constitutiones nec vnum verbum faciunt; cautè autem citat, quia ea reticet, quæ necessaria sunt vt aliquis verè dici possit Generalis totius Ordinis Minorum, quæ tamen habentur in dictis constitutionibus, & duo sunt. 1. Quod Generali Ministro fratres omnes subjiciantur, & teneantur obedire. 2. Quod eos visitare possit, & in eos iurisdictionem exercere, quando opus erit, & placuerit. Hæc autem duo tacita reliquit Rodericus data opera, quia probè nouerat suo Generali deesse, qui non regit, nec moderatur Conuentuales, Capuccinos, & Reformatos Conuentuales.

Rodericus falsò & cautè citat bullas Leonis.

Ad sigillum autem, & titulum Ministri conuertit se, vt extollat suum Generalem. Sed sigillum, vt iam dixi, falsò ex Bulla, suo Gene-

rali arrogat, nec habetur in Cóſtitutionibus, ſigillum auferendum à Conuentualibus, & Obſeruantibus tradendum: & dato, quod tale ſigillum eſſet apud Obſeruantes, nullam tamen dignitatem aut præeminentiam Generali Obſeruantium conferre poteſt; quia magiſtratu per ſigillum deſignato, non gaudet, nec ſigilli inſcriptio fauet; imo vana, & inanis dici debet, quia excedit conditionem eius, cuius eſt. Et cùm iuriſdictio Generalis Obſeruantium non ſe extendat niſi ad Obſeruantes, & nullo modo ad Conuentuales & Capuccinos, fruſtrà videtur de ſigilli poſſeſſione inanitèr gloriari, cuius inſcriptio eſt, ſigillũ Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum. Et ſanè ſi liceret in aliquo ſigillo gloriari, hoc Conuentuales ſibi potio-

Inſcriptio ſigilli Ordinis Min.

ri iure poſſent vendicare, quippè qui ſacratum noſtræ redemptionis ſigillũ in carne ſanctiſſimi Patris mirabili diuini numinis cœlitus operantis prouidentia ſuauiter impreſſum & inſculptum, glorioſa ac magnifica veneratione colentes, hucuſque diuinitus aſſeruarunt.

Et quoad titulum Miniſtri de quo iactant ſe Obſeruantes, quem tam magni facit Rodericus, videtur inanis oſtentatio, cùm etiam apud Conuentuales huiuſmodi titulus vigeat: nam ſummi Pontifices, Miniſtri titulo vtuntur in Cóſtitutionibus quæ ad Generales Conuentualium diriguntur, & iam à tempore Sixti V. hoc titulo abſque controuerſia potiti ſunt præfati Conuentuales; imò in conſtitutione Pij IV. quæ anno 1565. PP. Conuẽtuales titulũ Miniſtri poſsident.

S. Carolus Protector Conuent. PP.

emanauit, ad preces S. Caroli Borromæi, tunc Conuentualium vigilantissimi Protectoris, hoc eodem cohonestátur titulo. Et licet à tempore Leonis X. vsque ad Piũ IIII. alium titulum præfati Conuentuales habuerint, ob id tamen non deprimuntur: nam nec D. Franciscus primus omnium Præfectus in Ordine, etiam post confirmationem Regulæ, huiusmodi titulum habuit, & summi Pontifices, nunc dilectum filium, nunc rectorem Minorum, nunquam tamen Ministrũ appellarunt; & ipsemet Pater sanctus in suis Epistolis se subscribens, nunquam Ministri nomine vsus est. Ergo, si aliqui Generales Conuentualium sub titulo Magistri, & non Ministri vocati fuerint, nullũ tamen dignitas officij vnquàm ob id passa est detrimentum. Sed quæ-

ſo, qua ratione Generales Obſeruantes primatum, ex nudo titulo Miniſterij ſibi adſtruere poſſunt? Nam ſatis conſtat, quod Generali Obſeruantium illud verè deeſt, quod per titulum Miniſtri totius Ordinis ſignificatur. Quocirca omnes ſummi Pontifices titulum Miniſterij totius Ordinis, de quo inaniter gloriantur, limitarunt, & reſtrinxerunt ad ſolos Obſeruantes, vt patet in Pontificiis diplomatibus, quibus ſemper præmittitur, Miniſter Generalis totius Ordinis Minorum de Obſeruantia nuncupatorum. Quare ſolius Obſeruantiæ nuncupatæ titulum habet Generalis ille Miniſter, & non ſimpliciter & abſolutè totius Ordinis Minorum. Et hinc neceſſariò deducitur, plures eſſe in Ordine S. Fran. Generales: nam cum nullum

Generalis Miniſtea Obſeruantiæ eſt totius Ordinis Obſeruantiæ tãtum caput, non autem cæterorũ.

institutum ab Ecclesia approbatũ, sine capite esse debeat, & Minores Conuentuales, & Capuccini, non subsint Generali de Obseruantia, vt omnibus notum est, profectò ne tanti Patres Acephali videantur, Generalem moderatorem habere debent, & sic plures Generales in Ordine Minorum irrepserũt, contra institutoris mentem, qui ordinem suum formauit ad formam gregis Dominici, de quo dicitur vnus pastor & vnum ouile.

Cœpit autem pluralitas Præfectuum anno D. 1517. sub Leonis Pontificio, qui licet tunc totius Ordinis iurisdictionem, in vno Ministro Generali reformato, duabus Constitutionibus stabilire statuerat; attamen dum eodem tempore duo Generales Conuentuales iteratis vicibus confirmat contra

tra ipſarum conſtitutionum formam, etiam poſt promulgationem earum pluralitatem Præfectuum in Ordine Minorum permiſiſſe, aut introduxiſſe nefas eſt dubitare. Sic itaque Ordo Seraphicus ſciſſuram paſſus eſt, & ex tunc non ſub vno capite, ſed duobus gubernari cœpit. At tandem ſub trium Generaliū præfectura hoc noſtro tempore ſancta ſede annuente moderatur. Ergo cùm tres ſint Generales in Ordine Minorum, quæritur,

Cui ex tribus Generalibus dignior locus debetur?

RESpondeo quod præcedentia inter ſuperiores Religiorum, ex antiquiori inſtituto deſumenda eſt, & qui prior eſt tempore, po-

Conuētuales superiores præcedentiā habent ex instituto antiquiori.

tior iure esse debet. Vnde Pius IV. longam decertationem, quæ super præcedentia diu viguit inter Canonicos Regulares, & Monachos Cassinenses, definiuit in fauorem Canonicorum, hac potissimum ratione, quia instituto antiquiores erant. Et notum est institutū Conuentualium longo temporis decursu alia instituta Franciscana præcessisse. Ergo superiores Conuentualium cæteris sunt anteponendi.

2. Ex longiori possessione iurisdictionis

Secundo, præcedentia peti potest à longiori possessione iurisdictionis: sed apud Obseruantes iurisdictio in totum Ordinem Minorum breuis fuit, imò momentanea, imò apparens, & nomine tenus, quia eorum Superiores nunquam exercuerunt actum iurisdictionis in Conuentuales, & Capuccinos. Iu-

risdictio autem totius Ordinis penès Conuentuales perdurauit per spatium 300. annorum, sub continuo dominio quadraginta trium Pontificum, & toto illo tempore Bullæ, & litteræ Apostolicæ, quæ certè plurimæ in lucem prodierũt, Generalem Conuentualiũ verum Ministrum totius Ordinis Minorum agnouerunt; imò centum annorum spatio & ampliùs, Superiores, & Præfecti Obseruantes, sub iurisdictione Ministri Generalis Conuentualium permanserunt. Cui etiam Pius IIII. & Clemens VIII. paulò post Leonem X. Capuccinos subjecerunt. Ergo dignior locus eis debetur.

Tertiò, præcedentia Conuentualibus debetur, quia primogeniti Seraphici Patris, qui eius corpus hac de causa possident, tanquam

3. Ex primo genitura.

veri & legitimi filij eius, quibus etiam diplomate Apostolico concessa est celebris illa Ecclesia, quæ dicitur Collis Paradisi apud Assisium, quæ quidem mater est, siuè caput Conuentuum vniuersi Ordinis Minorum, vt per litteras fælicis recordationis Innocentij IV. expeditas declaratum extitit.

4. Ex vsu Ecclesiæ nominandi prius Conuentuales, quàm cæt.

Quartò, quia dum summi Pontifices vicissim nominant Franciscanos, præferunt Conuentuales Obseruantibus. Sic Paulus III. approbatione 2. Congregationis Capuccinorum, sect. 8. præponit Conuentuales Obseruantibus. Sic Greg. XIII. anno D. 1583. in declaratione præcedentiæ Constitutione 84. vbi concedens Capuccinis, vt incedere possint sub cruce Conuentualium, aut Obseruantium, primò nominat Conuentuales.

Idem seruauit Sixtus V. in Bulla sanctorum Ordinis, & in duplici Bulla erectionis Archiconfraternitatis Cordigerorum.

Quintò, quia Doctoratus prærogatiua continua summorum Pontificum concessione, ab Alexandro de Ales, qui primus fuit in Ordine Minorum Doctor, sub initijs Ordinis, ad hæc vsque tempora penes Conuetuales permansit, qui etiam cathedras magistrales, in alma vrbe, ac alijs ciuitatibus, in quibus eorum conuentus habentur obtinent. Eorum autem Generales titulo Magistri in sacra Theologia semper decorati sunt, & annuente Pontifice, Doctores & Magistros Artium & Theologiæ in Comitiis Generalibus, ac aliis temporibus creare possunt, quod nusquam 5. Ex priuilegio Doctoratus.

Generali Obseruantium concessum fuit.

6. Ex possessione sacri officij Inquisitionis quã habẽt.

Sextò, quia solis Conuentualibus datur potestas aduersùs hæreticorum prauitatem; vndè multis in locis sanctæ Inquisitionis Magistratum gerunt, & egregiè administrant, & in suprema Inquisitionis sede, quæ Romæ habetur, vbi Consultores creantur, Consilio etiam & consultatione vnius Franciscani, qui ex Conuentualibus est, operam mutuant summi Pontifices, & Congregationi illustrissimorum Cardinalium.

Tandem in Religione Franciscana, ille Ordo qui clarior extitit sanctitate, doctrina, dignitatibus, Iurisdictionibus, cæteris præferendus est. At talis est Ordo Conuentualium, ex quo prodierunt S. Antonius Patauinus, S. Bonauentura,

S. Ludouicus Tolosanus, S. Didacus, plures martyres, innumeri beati, quatuor summi Pontifices, tot Cardinales, Doctores, viri præclari, Generales Generalissimi. Ergo Ordo Conuentualium cæteris in actibus publicis eminere debet.

Sed vtrùm Procuratori Generali Conuentualium dignior etiam locus in Capella, & in actibus publicis debeatur?

RESpondeo, quòd certò constat Procuratorem Generalẽ Min. Con. absque controuersia locum in Capella immediatè pòst Procuratorem generalem Ordinis Prædicatorum obtinuisse vsque ad Clementem VIII. sub quo Procurator Generalis de Obseruantia, authoritate Cardinalis Mathæi

Procurator Generalis Obseruantiæ per vim locum digniorem in Capella Romæ vsurpauit.

fretus, data opera, vim faciens, locũ Capellæ sibi arrogauit, aut potius vsurpauit, & licet vi opprimi in bona causa, autore Cicerone, melius sit, quàm malè cedere, cessit tamen Procurator Generalis Conuentualium, habita, vt puto, ratione sanctitatis loci, & præsentiæ tremendi Pontificis, cuius aures offendere reluctando, verebatur. At cum nulla faueat Procuratori Obseruantium Pontificum Constitutio, aut absolutum decretum, planè vsurpatio siuè intrusio potius dici potest, quàm iusta acquisitio, siuè iuridica possessio, quæ nunquàm esse potest absque titulo.

Rationes quib. probatur locũ illũ digniorem in Cap. conuenire Proc. Gen. Conuent.

Non desunt autem rationes, quibus probari potest locum digniorem conuenire Procuratori Generali Conuentualium, & duas

duas aut tres attingam.

Primò, Procuratores Generales Ordinum in Capella, nunc locum obtinent, aut quia succedunt præteritis Procuratoribus, vnusquisq; iuxta dignitatem suæ Religionis, cuius Procurator est, aut hoc habent ex speciali indulto Apostolico. At Procurator qui de obseruãtia dicitur, non succedit præteritis Procuratoribus Ordinis Min. quorum domicilium est apud Pontem Sixtum ita concessum, & assignatũ à summis Pontificibus; sed nec decreto Pontificum hoc prętendere potest. Ergo locus ei non debetur, & possessio eius sine titulo vsurpatio dici debet.

Possessio Procuratoris Obseruantiũ vsurpatio est, quia sine titulo occupat locum illum dign.

Secundò, Procuratores Generales Mendicantium, statim atque creati sunt, ex Pontificum decretis, connumerantur intèr Magi-

ſtros, & Promotores Vniuerſitatis Romanæ, & hoc conſequuntur abſque alio indulto, hac ſola ratione quia Procuratores generales ſunt. Sed cum ſolus Procurator gen. Conuentualium inter Minores Franciſcanos hoc ius habeat, ſequitur, quod ipſe ſit primus & dignior in Ordine Minorum, & quod præ cæteris digniorem locum in actibus publicis obtinere debeat.

Tertiò præeminentia deduci poteſt inter eos, qui pari titulo in eodem Ordine gaudent, à maiori duratione officij, à fauoribus, & gratiis, à ſancta Sede officio, & perſonis conceſſis, ſed manifeſtum eſt quòd antiquitas, & longa duratio fauet Procuratoribus Conuentualium. fauet officio eorum, prærogatiua Vniuerſitatis Romanæ, &

proprium domicilium apud Pontem Sixtum dudùm diplomate Apostolico concessum: fauent personę, gradus ad quos Procuratores Generales Conuentualium euecti sunt, inter quos duo summi Pontifices Sixtus IIII. & V. qui ambo Procuratoris munere apud Pontem Sixtum functi, dignitaté Procuratoris Gen. Min. Con. maximè illustrant.

Sixtus IV. & V. summi Pont. Procut. Gener. fuerunt frat. Con.

His ergò & multis aliis de causis Præfecti Conuentuales, tàm Generalis, quàm Procurator & Ministri iurè merito, vt suam seruent dignitatem, locum digniorem in Capella, & actibus publicis prætendere debent.

Præfecti Conuent. locũ dign. iure prætendunt.

Examen rationum, quas Procurator Ordinis Minorum nuncupatæ Obseruantiæ præmittit, antequàm respondeat breui Patrum Conuentualium scripturæ, qua clarè demonstratum est, nec titulum Ministerij totius Ordinis, nec præcedentiam præstare ad suum Generalem Minorum Obseruantium.

ANtequàm igitur respondeat rationibus, quibus clarè patet præcedentiam suo Generali, & sibi non competere in Capella, & actibus publicis. Multa gratis præmittit contra nomen, professioné, & statum Minorum Con. in quibus re vera immemor religiosæ modestiæ, & sacri tribunalis, cui adstamus, vt plurimûm iniuriosè

agit, vt videri poteſt per omnes ſectiones, ſiuè potius digreſſiones. Et quidèm poſſem, ſi liceret par pari illæſa conſcientia referre, & maiora, eáque veriora, in dedecus ſui Ordinis, qui dicitur de Obſeruantia contexere, ſed quorſum? Vſurpatio fulcitur injuriis, at iuſta prætenſio, & conteſtatio rationibus tantùm probari, & confirmari debet; & eo potiſſimùm quòd ſacra Congregatio, quæ de noſtra controuerſia ſumere debet iudiciũ ſtatũ eorum probè nouit. Ad rem ergò.

Scriptum fuerat pro Conuentualibus in breui informatione anno D. 1250. quaſi in ipſo Religionis exordio nomen Con. Minorũ titulo adiunctum fuiſſe ab Innocentio IIII. contra quòd inſurgit Procurator nuncupatæ Obſer-

uantiæ, & septem folia scripturæ, & 19. sectiones, hęc quatuor puncta probare conatur.

Summa assertionum Procurat. Gen. Obseruant. in 4. puncta redacta.

Primùm, quòd nomen Conuentualium non deducitur ex Bulla Innocentij IV. sed aliundè, & ideò inquit dolosè, & contra conscientiam in fauorem Conuétualium, contra Obseruantes adducta est.

Secundùm, quòd Minores, qui modò Conuentuales dicuntur, neque secundum rem, neque secundum nomen, primis ducentis annis extiterunt, sed incœperunt tantũ anno 1517. Obseruantes autem fuerunt semper.

Tertium, quòd Minores Con. profitentur Regulam D. Francisci truncatè, & secundùm quid. Item, quòd ferè nihil de Regula teneãt. Rursus quòd omnia præcepta Re-

gulæ violent, aut non obſeruent, publicè in facie mundi, & quod vitium ſit, nè dum multorum, ſed omnium, & totius communitatis.

Quartum, Quod ſancti omnes, qui ſunt ex Ordine Minorum, non ſpectant ad Minorum Con. inſtitutum, neque ſummi Pontifices, vnico Sixto V. excepto, neq; Doctores celebres, qui Franciſcani dicuntur. Sed omnes fuerunt ex ordine Minorum de Obſeruantia, & vocat Conuentuales fures, qui eos ſibi attribuunt.

Quæ omnia breuiter, & diligenti examine diſcutienda ſunt, vt veritas in occulto non lateat, & ſuis veluti radiis craſſa mẽdacia diſſipet, quibus Conuentualiũ decus Procurator nuncupatæ Obſeruantiæ obnubilare de induſtria conatur.

Confutantur hæc, & mendacia eſſe apertiſsimè probatar.

Negat ergò iste aduersarius nomen Conuentualium deduci ex Bulla Innocentij IIII. Sed testibus, quos ipsemet, vt suum probet intentum adducit, iisdem contentus, ostendam eum à scopo aberrare, & veritati dissentire. Et in primis Laërtius Cherubinus, quem primũ testem constituit, hunc titulum præfatę Bullæ apposuit. Quòd fratres Minores S. Francisci Conuentuales denominentur. Rodericus autem, quem etiam testem producit tomo 3. q. 30. a. 4. hac in re sic loquitur, fratres Conuentuales in Ordine Minorum dicuntur claustrales simul & Conuentuales, cuius nominis originem, primo tomo explicauimus; nunc autem originalius huius nominis natiuitatẽ indagantes, inuenimus hoc nomẽ ad petitionẽ fratrũ Minorũ fuisse

Probatur origo Cõuentualis.

ipsis

ipsis impositum ab Innocẽtio IIII. vt ex eius Bulla patet. Quid clariùs? Et ex hoc agnoscitur fides aduersarij, dum Roderici testimonium adducit, qui cùm sit Regularis Obseruantiæ testis probatissimus dici debet. Petrus autem Rodulphus, quem tertium testem cõstituit, sic de hoc nomine Conuentualium lib. 2. historiæ loquitur. Conuentuales D. Francisci primogeniti ab Innocentio huius nominis IIII. sic appellati, & Apostolica auctoritate muniti. His ergo tribus testibus, in quibus debet stare omne verbum, constat hoc nomen Conuentualium titulo Minorum ab Innocentio IIII. adiunctum fuisse contra aduersarij propositum. Hoc autem nomen Conuentualium, virtute huius Bullæ Innocentij IIII. Obseruantibus, aut aliis

Regularibus, vt infert aduerſarius, competere non poteſt; quod benè deducitur, ex his quæ dicta ſunt. Sed Laërtius præfatus in notula prędictæ Bullæ Innocentij huius eſt opinionis dicens, hoc intellige(ſupple Indultum Innocentij) de fratribus, qui Regulam S. Franciſci obſeruant cum priuilegiis, & diſpenſationibus, à ſancta Sede Apoſtolica impetratis. Non ergò minus ſincerè, & doloſè in fauorem Conuentualium contra nuncupatos Obſeruantes huiuſmodi Bulla adducta eſt, vt ſatis liberè aſſerit Procurator nuncupatæ Obſeruãtiæ, qui etiam, neſcio quo iure, concludit ex hac Bulla Minores Conuen. ad ſummum cœpiſſe ſub Innocentio IIII. quia tunc non incœperunt, ſed tantùm ſuo Minorum titulo, nomen Conuentualium ad-

iunctum fuit, propter causam, quã affert Pontifex, tum etiam aliis de causis quæ referuntur à Roderico, & Petro Rodulpho. Vndè ex tunc geminato titulo potiebãtur Franciscani, vt melius infra videbitur.

Secundum, asserit aduersarius Minores Con. secundum præsentem statum, nullo modo extitisse primis ducentis annis, sed habuisse principium anno 1517. contendit autem Obseruantes fuisse semper. Quod vt probet vtitur calumnia describens Conuentuales per suppositum libellũ, quem contra conscientiam dicit vnum ex Minoribus Conuentualibus edidisse Parisiis: ex quo fonte vt distinguat Conuentuales à nuncupatis Obseruantibus hausit sequentia signa. Conuentuales, inquit, possunt habere possessiones, agros, vineas,

Secunda assertio aduersarij.

cellaria, granaria, truncos, cippos, capſulas pro pecunia recipienda, camiſias, caligas, brachatas, calceamenta, poſſunt equitare, & portare pecuniam, iuxta conceſſioné Pauli V. (Mirùm nec parcit memoriæ S. Pontificis quem iriſoriè exceſſuum facit authorem.)

Sed vt diſcutiatur, quòd primò dicit, ſuſpicor aduerſariú velle hallucinari, aut ænigma proponere; ná ſermo eſt de Conuentualibus, & Obſeruantibus nuncupatis, iuxta denominationem ab omnibus acceptam, & eo modo, quo Pontifices in Bullis, & auctores loquuntur, apud quos pluſquàm certiſſimum eſt nuncupatos Obſeruantes à Conuentualibus emanaſſe. Sed primus, hac in re, audiatur Rodericus dictæ Obſeruantiæ alumnus tomo 1. q. 2. Reformatio, inquit,

fratrum de Obſeruantia exiit à fratribus Conuentualibus, & cœpit anno D.1414. iuxta Concilij Conſtantiæ decretum. Quod autem hic loquatur de Obſeruantibus nuncupatis patet ex his quæ ſubſumit; ſed & formá, & ordinem dedit B. Bernardinus vir magnæ ſanctitatis, & gratiæ; & paulò poſt, cuius Reformationis aſſeclæ, fratres de Obſeruantia dicti ſunt. Et eadem ferè verba habet Pater Hieronymus à Sorbo Capuccinus Comp. priuilegiorum. f.3. Item Rodericus qui teſtis locupletiſſimus eſt tom. 1. q.3. præfert Conuentuales Obſeruantibus, dum refert originem eorum, & loquens de Vicariis Prouincialibus qui eligi poterant authoritate Concilij Conſtantiæ, vt præeſſent nuncupatis Obſeruantibus. Dummodo, inquit, ſubdan-

Roderic. aſſerit Patres Obſeruan. emanaſſe à Patribus Conuent. anu. 1414.

Idē præfert Conuent. Obſeruantibus.

tur Miniſtris Prouincialibus Conuentualium. Ergò, quomodo Cóuentuales cœperunt anno 1517. ſi centenario præcedenti, teſte Roderico ab eis prodierunt nuncupati Obſeruantes, & eorum Miniſtris, vſque ad annum 1577. ſubditi fuerunt? Sed hoc planiùs commóſtratur ex Bulla Leonis XI. in qua Pótifex transfert ad Obſeruantes Religionis prælationem, quæ abſque controuerſia penès Conuentuales vſque ad illud tempus perſtiterat. Præcipiens, quòd ſicut prædicti Obſeruantes à Miniſtris Conu. confirmationem petere tenebantur; ita deinceps vice verſa ſuperiores Conuétualiũ Miniſtris Obſeruantium ſubditi eſſent. Et licet huiuſmodi decretum, & alia contenta Bullæ, quæ manarunt in fauorem nuncupatæ Obſeruantiæ

nullum habuerint effectum, & nunquam fuerint in vsu; attamē rectè colligitur Conuentuales tempore præcedere Obseruantes, quorum dignitatibus, & officiis Obseruantes succedere efflagitarunt; & quoniam non fuerunt alij superiores quibus præfati Conuentuales successerint, sequitur eos ducentis annis, & ab ipso exordio Religionis extitisse.

Sed Reuerendiss. Gonzaga lib. de orig. Seraph. Relig. 1. parte obseruat primam electionem Generalis Obseruantium factam fuisse anno 1617. antea quidem regebātur à Vicariis Generalibus, quorū primus fuit S. Bernardinus, quē tamen Gulielmus à Casali Conuentualis, & totius Ordinis Generalis, suum Commissarium, siuè Vicarium Generalem, cum plenitudine

prima electio Generalis Obseruantiū facta 1517.

potestatis super omnes Obseruantes Citramontanos instituit, cuius institutio, inquit Gonxaga, contingit anno D. 1488. ab ordinis exordio, anno 230. à Regularis Obseruantiæ institutione anno 58. Ergo sub fine ducentorũ annorum à Religionis exordio, Obseruantia nuncupata habuit initium. Sed ipsemet Gonzaga 1. parte, iuxta illud tempus distinctè connotat Obseruantiæ exordium apud Italos, paulò post apud Gallos, deindè apud Hispanos extitisse, quos vbique facit subditos Generalibus Conuentualium, qui absque interruptione rexerunt totum ordinẽ, vsque ad annum 1517. Ergo non eo anno cœperunt Conuentuales, sed potius Obseruantes, quia ex tunc caput ex suo instituto habuerunt, & à Conuentualium ditione omnino

Obseruantium origo in Italia, Gallia, & Hispania, sut Præfectis Patrib. Conuent.

nino

nino seiuncti fuerunt.

Sed vrget aduersarius nominis Conuentualium non fieri mentionem ante Concil. Constantiæ. Sed quid inde? Non fit mentio nominis vxoris Cain, ergo inferendum tunc non fuisse? Simili argumento vtuntur hæretici aduersus Catholicos vt probent nõ esse Purgatoriũ; quia de nomine eius in scriptura non fit mentio. Argumentũ autem quòd desumitur negatiuũ nullius roboris est, & nostra disputatio nõ versatur circa nomen tantùm; sed potissimum circa rem, & iam probatũ est nomen Conuentualium Minorum titulo adiunctum fuisse quasi à principio Religionis, quod nomen concedi non potuit, nisi fratribus, qui tunc extabant; vndè absque dubio, fratres Minores ex tunc Conuentuales poterant nun-

cupari; ſed cum vnus eſſet paſtor, & vnum ouile, ſolum Minorum nomen, quod primo fuerant aſſecuti eis ſufficiebat, nó reiecto Conuentualis nomine.

Vſus nominis Conu. cœpit à principio reformat.

Verùm, cùm temporis ſucceſſu Reformati, qui zelo arctioris paupertatis (vt credere fas eſt) à communi cœtu ſeiungerétur, & paulatim iugum obedientiæ ſolitæ excutientes, pecularia ſtatuta, & proprios ſuperiores obtinere curarent; tunc primitiui fratres Conuentualium nomen frequentare cœperunt, ad diſtinctionem eorum, qui in Regula arctiorem paupertatem inquirentes prẹfixam Regulẹ obedientiam tranſgrediebantur, & ſic Conuentualium nomen, extunc latius patuit.

Sed adhuc inſtat Procurator nuncupatæ Obſeruantiæ, ſtatum

Cõuentualiũ iuxta sensũ modernũ hoc est (inquit) viuentiũ cũ possessionibus, calceamentis equitatione pecuniæ portatione, camisijs nõ vilibus, aliisq; signis suprà ex libello supposito allatis, primis trecentis annis minimè extitisse.

Cui respondeo, hunc dicendi modum plus habere licentiæ, ne dicam intolerandæ audaciæ, quàm veræ ratiocinationis; aditum sanè aperit erroribus; sic enim infidelis dicere posset hac eadem fultus ratione Episcopos nostri temporis, non esse Apostolorum successores, & Ecclesiæ Dei legitimos Episcopos; quia illi omnia dimiserant, dicente Petro, nomine omnium, reliquimus omnia; nec habuerunt possessiones; nec duplices vestes, vt deducitur ex verbis Domini apud Lucam. Nolite possidere, nec aurũ,

nec argentum in zonis, nec duas tunicas. Episcopi autem abundant possessionibus, vestibus non vilibus, & diuitiis, ergo bene sequitur eos non esse Apostolorum successores, nec Ecclesiæ legitimos Episcopos. Item, dici potest Ecclesiam Romanam, vt nunc est secundùm præsentem statū aliam esse ab Ecclesia Apostolica, & primitiua; quia illa paupertati addictissima, hæc vero dominium habet ab anno 699. quo tempore Aripertus donauit Ecclesiæ Romanæ Alpes Coctias, vbi nunc Genua est, & paulò post, Pipinus Francorum Rex Exarchatum Rauennæ, cùm magna parte Italiæ. Ergo sequitur Ecclesiam Romanam secundum præsentem statum; quę dominium habet, aliam esse ab illa primitiua, in qua multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna; nec

A quo tēp. Eccles. dominiū terrenū incœpit possidere.

quiſquam eorum, quę poſſidebat aliquid, ſuum eſſe dicebat; ſed erát illis omnia communia.

Hæc, & ſimilia, vir maledicus inflatus erore dicere poſſet, & multa fidei puncta in dubium reuocare; quapropter hic dicẽdi modus, periculoſus eſt, qui nec multum premit nos; premunt quidem verba, quæ redolent calumniam, & tam apertè falſa objiciunt. Nam nec apud Conuent. vitiũ proprietatis admittitur, vt ſupponit contra conſcientiam ſuam aduerſarius; nec illa ſigna quæ fraudulenter, & iteratis vocibus, ex ſuppoſito libello colligit, ſpectat ad eos, qui non habent, nec portant pecunias, niſi de licentia Prælati, aut neceſſitate coacti; nec autores ſunt huiuſmodi libelli, qui eis falſò imponitur; quia non ſolent typis mandare inſcio

ſuperiore, & minus doloſè ſcribere, neque habere caligas brachatas, & induméta indecétia; ſed religioſo induméto vtũtur ad præſcriptũ Regulæ, & conſtitutionũ ſuarum.

Sed, quæſo, quis hunc Procuratorem conſtituit Conuentualium Reformatorem, aut potius exploratorem, vt ſciat eos habere ſubuculas non viles, caligas brachatas, pecúnias in crumena? Sanè omnes ſciunt fratres Conuentuales nunc eximi ab his præceptis, quæ arctiſſimam paupertatem perficiunt. Nam ex eo, quod illis eſt conceſſum à ſancta ſede, vt habeant bona in communi, exempti ſunt à paupertate Euangelica arctiſſima, & tenentur ad paupertatem Euangelicam minùs arctam, ad imitationem Saluatoris, quantum ad illud quòd legitur habuiſſe loculos, &

eleemoſinam feciſſe, quæ iuxta diſpoſitionem conſtitutionum Pontificum permittit fratribus vti calceamentis, veſtibus, & neceſſaria equitatione. Sed ſi quæ vitia notat in Conuentualibus, perſonis, non communitati imputanda ſunt, quæ in bonis ſemper ſeruatur illæſa.

Et ſi aduerſarius contendit Conuentuales reos eſſe; quia calceamentis, caligis, & geminatis indumentis vtuntur: referat etiam Apoſtolos inter reos; quia rebus ſimilibus vtuntur ipſo renuente Chriſto; nam apud Mathæum, & Marcum habetur, ne in via portent calceamenta: & tamen in Actibus Apoſtolorum Angelus dixit Petro, calcea te caligas tuas. Item, Chriſtus præcepit ne haberent duas tunicas; & tamen Paulus rogat Ti-

motheum ad se venturum, vt ferat penulam, quam ipse Apostolus Troade reliquerat. Penula autem vt Theophilacto placuit, tunicam significat. Ergo si propter calceamenta,& geminas vestes aduersarius accusat Conuentuales, & facit eos Regulæ præuaricatores; arguat etiam Apostolos, qui Christi præceptis in eadem causa aduersari videntur. Sed omissis calumniis concludendum, Conuentuales primis ducentis annis fuisse, nec moderni Conuentuales, qui gaudent priuilegiis, differunt à primis qui arctiori paupertati studebant quoad essentialia votorum; quæ status Religionis perfectionem constituunt; quia bona immobilia à sancta sede Conuentualibus concessa in nihilo votis essentialibus præiudicant, teste Roderico co.3.q.29.

Penula quid.

Bona immob. à S.Sede Conuēt. cōcessa, nō præiudicāt votis essentialib. Religionis.

qui

qui hanc rationem affert; quia paupertas in communi, & non in particulari, Religioni est essentialis. Vndè bene sequitur Min. Conuentuales secundum rem, & nomẽ à principio extitisse, qui licet vsq; ad Innocentium IIII. dici tantùm potuerint Minores; deinceps tamen Conuentuales nominari potuerunt, ex indulto eiusdem Innocentij; quod quidem nomen priscis, & modernis, est cõmune; quia vtrique quasi conformem animũ habentes, ad vnam Regulam, quã professi sunt attendunt iuxta declarationem summorum Pontificum seruandam.

Verum vt adhuc clarius veritas innotescat, antiquitas Minorum Con. peti potest à nomine & vetustate Conuentuum; vnde in primis notum est Conuentus Minorum

Antiquitas Conuent. sumitur ab antiquitate Conuentuum.

Con. nomine S. Francisci decoratis quo circà, si quispiam in ingressu Ciuitatis D. Francisci Conuentum ab aliquo sciscitetur, sinè dubio ad Conuentuales dirigetur. Obseruantes autem tanquam moderniores aliis titulis gaudent, fundatoris nomen primogenitis relinquentes. Et si qui sint Conuentus Obseruantiũ nuncupatorum, qui hoc nomen habeant, hoc non prouenit eis, ex antiqua eorum fundatione; sed quia Conuentuales absunt; aut quia Obseruantes nuncupati, violentia, & prætextu reformationis eos inuaserunt.

Sed rursus solidiori argumento antiqua Conuentualium institutio demonstrari potest; Nam in qualibet Religionis, siuè ordinis mutatione, hæc demonstrari possunt, author eius tempus, quo cę-

pit, & cœtus initio exiguus cum ſuo progreſſu. Sed ſi Conuentuales non extiterunt primis trecentis annis, vt aſſerit Procurator nuncupatæ Obſeruantiæ oſtendat eorum primum authorem, tempus quo cœperunt, locum & ſtatũ eorum initio exiguum, nihil horum vnquam poſt inſtitutionem Ordinis demonſtrare poterit. At de Obſeruantia nuncupata facilè omnia illa demonſtrantur; nam hiſtoria illius, quam aduerſarius non poteſt aſpernere, aut rejicere; quia habet auctorem probatum, nimirum Reuerendiſſ. Gonxagam præfati ſui Ordinis Generalem, refert authorem, loca, exiguum cœtum, & progreſſum Ordinis nuncupatæ Obſeruantiæ. Idem facit etiam Rodericus teſtis grauiſſimus, I. to. q. 5. quæ omnia de Cõuentualibus de-

monſtrari non poſſunt, nec apud autores talia inueniuntur.

Vrgebit forſan aduerſarius mutationem Religionis, quantum ad Conuentuales, nouam quidem eſſe, licet tempus, author, & locus, nõ demonſtrentur præciſe; quia mutatio ſimul facta non eſt; nam paulatim irrepſerunt priuilegia, hinc deprauationes Regulæ, vndè ab his dicti ſunt Conuentuales. At huic inſtantiæ reſpondendum nomen Conuentualium habuiſſe originem ab Innocentio IIII. nec Minores dicuntur Conuentuales propter priuilegia immobilium; quia antequàm ſancta Sedes eis conceſſiſſet huiuſmodi priuilegia, iam conceſſerat Conuentualium nomen; quibus tamen, & non aliis in Ordine Minorũ priuilegia bonorum in communi conceſſa ſunt;

Priuil. Conuent. conceſſa nõ deprauãt, ſed rigorẽ Regulæ temperant.

quæ quidem nunquàm deprauarunt Minorum ſtatum, ſed tantùm rigorem Regulæ temperàrunt. Vnde licet non vigeant inter Conuentuales omnes accidentariæ obſeruationes, quia plures aut ſublatæ, aut mitigatæ dicuntur Apoſtolicis priuilegiis, vel ex licentia tacita, aut expreſſa proprij Prælati ad hoc facultatem habentis; viget tamen, & ſemper viguit inter eos obſeruantia Regularis, & præcepta ſeruantur quæ pertinent ad eſſentialia vota. Nec Religio Min. Con. poteſt dici relaxata, aut deprauata; ſed vera Religio, quæ habet ſuam obſeruantiam, quam ſi non haberet, non eſſet amplius Religio, & quia ab ea nunquàm aliena fuit, ideò ſemper vera Religio eſt, & talis ſemper extitit.

Probatur Religioné quam Cóuent. profitentur eſſe vecam.

Tertiò autem ſcribit Procura-

Tertia aduerſarij aſſertio.

tor nuncupatæ Obſeruãtiæ Conuentuales profiteri Regulá truncatè. Item ſeruare Regulam ſecundum quid. Rurſus maiorem calumniam adhibens addit Conuentuales omnia præcepta Regulę violare publicè in facie mundi, & quod ſit vitium totius Communitatis.

Hic primò notetur, quantùm os viri, qui ſe dicit Obſeruantem Franciſcanum, diſtet ab ore illius Pagani de quo Cicero, Nunquam verbum ex ore huius excidit, vndè quiſquam offendi poſſit. Sed dùm dicit nos violare omnia regulę pręcepta ſe violatoré, & contéptorem palàm oſtendit, dicente Regula, ſint fratres modeſti, & humiles, honeſtè loquentes omnibus, ſicut decet. Ordinem autem Conuentualium, quem trina calumnia tàm

liberè deprimit, triplici encomio Sixtus IIII. extollit. Vocat eum in Bulla, quæ dicitur aurea, flumẽ cœlestis voluptatis, & amœnitatis è Paradiso egrediens, imbribus præclaræ doctrinæ, & meritorum irrigans S. Ecclesię terram. Vocat Seraphim, qui in sublime contemplationis amoris alis eleuatus à terrenisque rebus abstractus assiduè diuinarum laudum clamore ad cœlestia populos dirigit. Vocat tubam per quem Deus præcepit ad sacrum Euangelij verbum populũ vniuersum aduocare, vt in omnem terram exiret sonus eorum, vt redderet sibi populum acceptabilem, bonorum operum sectatorem.

Conuent. encomia ex bulla Aurea Sixti 4.

Quòd antem hic summus Pontifex loquatur de Ordine Min. Cõ. patet, quia de illo sermonem facit, cuius ipse alumnus fuit. Sed ex

Roderico to. 3. q. 30. constat eum fuisse Conuentualem.

Item, Ordinem laudat, quem fauoribus, & priuilegiis, in Bulla maris magni prosecutus est. Conuentualibus autem fuisse concessam huiusmodi Bullam asserit Clemens VII. in confirmatione priuilegiorum Conuentualium. Verum vt examinentur ea, quæ aduersarius longa verborum serie vomit contra Conuentuales, incipiendũ est ab illo aduerbio truncatè. Et quęrẽdum est Vtrum Conuentuales profiteantur Regulam truncatè.

Conuentuales non profiteantur Regulæ truncatè.

Sanè illud aduerbium diuisionem, aut diminutionem Regulæ inducit, & ex tali modo loquendi, aduersarius vult inferre Conuentuales, ideò profiteri Regulã truncatè, quia vtuntur priuilegiis Apostolicis. Sed liceat mihi cum Ora-

tore

tore, per parenthesim dicere, Nostis os hominis? Nostis audaciam? Nam huc vsque nullus scriptor dicere ausus est, sanctam Sedem indultis, & priuilegiis diuisisse, aut imminuisse Regulam D. Francisci Nauar. PP. constitut. titulo de Regularib. vocat Regulã D. Franc. eo modo quo seruant Conuentuales temperatam Apostolicis priuilegiis. Rodericus to. 3. eodem loquendi modo vtitur. Alij vocant mitigatam, declaratã, & interpretatam. At nullus vnquàm ausus est, eam vocare mutilatam, & truncatam; sed Papa, qui præponitur Ecclesiæ, quasi lex & Regula perfectionis, non diuidit Regulam; sed glossat, & moderatur, salua semper substantia Regulæ in tribus essentialibus votis. Et hac de causa Pa-

Regula dici potest mitigata, declarata, interpretata &c, sed non truncata.

Nulla est differentia inter Regulã Carmelitanorũ reformatorũ, & aliorum.

ter Gratianus Carmelita discalceatus, lib. de disciplina regulari, docet, Nullam esse differentiam inter regulam Reformatorum sui Ordinis, & illam quæ obseruatur à Carmelitis non reformatis, quæ est ab Eugenio mitigata; quia, inquit, in Regulæ essentialibus, & in virtutibus ambæ conueniunt, & nullo modo repugnant. Idem dicendum est de Regula D. Francisci, quæ licet sit ab aliquo tigore auctoritate Apostolica temperata apud Conuentuales, non tamen dici potest truncata, & diuersa ab illa, quam fecit S. institutor, & eò potissimùm quia subiecit eã pedibus S. Romanę Ecclesiæ, cuius non est truncare, sed interpretari, glossare, & mitigare.

Prælatus dispensare potest cum fratre in his quę sũt in Regula à fortiori summus Pontifex.

At inquiramus ab aduersario; si Prælatus dispenset cum suo fratre in his quæ pręcipiuntur in Re-

gula, cum ex ſententia Roderici in omnibus præceptis poſſit diſpenſare Prælatus in particulari cum aliquo ſi cauſa ſit iuſta ſecundum ius. Et Concil. Trid. Imò ex priuilegio Pij II. Prælatus nuncupatæ Obſeruantiæ poteſt diſpenſare cum fratre, vt equitet, ſine arcta, & manifeſta neceſſitate, & in aliis caſibus. Inquiramus inquam, an ille frater diſpenſatus obſeruet ſuam regulã truncatè? hoc ſi non aſſerat aduerſarius, qua ratione auſus eſt affirmare Conuentuales, qui fruuntur indulto Apoſtolico regulam truncatè profiteri? An forſan diſpenſatio Pontificis deterioris conditionis eſt, quam diſpenſatio puſilli fratris, vt illa diuidat aut minuat Regulam, & iſta non? Reuocet ergo aduerſarius quæ calũniosè protulit, ſi nolit audacter, & temerè aſ-

ſerere ſummũ Pontificẽ ſuis indultis Regulã truncare & deſtruere.

Quòd autem Conuentuales non profiteantur Regulam ſecundum quid, vt ſecunda calumnia aduerſarij infert, non eſt quòd probem: hoc enim contra Pontificum indulta, quæ nunquam conferuntur Religioſis nomine tenus. Hoc etiam contra Concil. Trid. decretum ſeſſ. 25. quo obligantur omnes Regulares, & ſub hoc nomine cõprehenduntur Conuentuales, vt ad Regulæ, quam profeſſi ſunt præſcriptum, vitam inſtituant; & quia profeſſio Conuentualium obligat ad ſubſtantialia Regulæ, ideò Conuentuales dici non poſſunt profiteri Regulam ſecundum quid. Sed quis credat doctiſſimum & piiſſimum Nauarram voluiſſe profiteri Regulam D. Franciſci ſecundum

quid? Præclarum autem eſt quod dicit to. 4 de Regul. num. 17. Mallem, inquit, eſſe Conuentualis ſeruando Regulam S. Franciſci Apoſtolica auctoritate temperatam, quàm frater de Obſeruantia, non ſeruando illam integram. Ex quo ſatis deducitur Conuentuales non profiteri Regulam ſecundum quid.

Conuẽt. nõ profit. reg. ſecundum quid.

Sed vt hæc calumnia frigida, & nimis ieiuna euaneſcat, audiatur Clemens VII. in constitutione quæ incipit Religioni, &c. ibi enim S. Pontifex declarat expreſſè fratres Con. ſub obedientia Magiſtri Generalis exiſtentes, iuxta B. Franciſci regulam viuere. Sed ſi viuunt ſecundũ Regulam, vt declarat Pontifex cui eſt credẽdũ; Quomodo audet iſte Procurator nuncup. Obſeruantiæ aſſerere eos profiteri

Clemẽs 7. aſſerit Cõ. iuxta regulã B. Franciſci viuere.

regulam ſecundum quid? Miror ſanè quomodo non erubeſcat, in tam crebras erumpere calumnias; ſaltem Religioſus pudor, ipſius linguam, & calamum ad tot iniurias labilem deberet cohibere.

Sed tandem tertiam calumniam audiamus. Conuentuales, inquit, omnia præcepta regulæ violãt publicè, in facie mundi, & hoc eſt non vitium vnius, aut multorum, ſed totius communitatis. Huc tandem peruenit Procurator nũcupatę Obſeruãtiæ, vt conuitia in totũ Ordinem Conuẽtualium congerat, quę libenter contemnerem, niſi zelus ſtimularet ad confutationem: fieri quidem poteſt aliquos Conuentuales inſtigante inimico peccare & declinare ab illa Patrum noſtrorum obſeruantia, quam Seraphicus Pater ſuis filiis præſcripſit, & quam

Deo Optimo Maximo in professionis emissione promiserunt; sed tamen adduci non possum, vt credam omnes nemine excepto obturasse geminas aures inspirationibus Dei & monitis S. Patris, itaut non sit qui faciat bonum, nec vsque ad vnum. Ex filiis Iob, vnum remansisse illæsum refert scriptura licet in omnium perniciem Satan totum suæ artis conatum parasset, & quis credat tot seruos Dei, filios B. Francisci, qui sub nomine Conuentualium militant periisse? Sed videat iste Procurator, qui tantam diligentiam adhibet, vt Conuentuales omninò deformatos esse ostendat, videat inquam Rodericum to. 1. q. 5. qui his verbis concludit tertium articulum. Conuentuales, inquit, & reformati sub instituto, & regula D. Francisci militant,

sacram nostram Religionem, non deformant, sed mirifico varietatis ordine informant. Sed clarius, & magis ad rem tomo 3. q. 30. art. 4. referens ipsamet Conuentualium professionis verba: & hoc modo, inquit, professi sunt, & perseuerauerunt viri, & doctissimi, & præclarissimi, qui & ad Apostolicum dignitatis apicē ascenderunt, contra quos, & eorū statum nō debēt reformati verba proferre, credentes se tot Patribus prudentiores, quos Deus ad tam eminentem statum vocauit.

Roderic. reformatus reformatos reprehēdit, qui insurgunt in Cōuent, vt hic aduersarius

At vrget Procurator præfatus priuilegia derogare Regulæ, & dispensationem sinè iusta causa nullam esse; quin potius, & dispensato, & dispensanti maximum detrimentum afferre. Cui resp. Quod dum summi Pontifices aliquam

faciunt

faciunt super huiusmodi rebus dispensationem, credendum est eos iustas causas habere. Vndè anno 1258. inquit Rodericus, Alexander IV. Gregorij IX. nepos, rigorem regulæ Minorum, à multis misericorditer temperauit. Quòd fecerunt multi quoque alij summi Pontifices, velut prædicti Ordinis veri Patres, vt Innocentius IV. qui referente Gonzaga circà annum D. 1244. ab Ordinis verò institutore anno 35. aliquos redditus, & immobilia permisit: Nec priuilegia derogant puritati regulæ: derogarent quidem, teste Roderico, si subreptitia essent, at talia esse non possunt, cum in eis causa vera talium Indultorum præponatur, & multa sponte Pontifices concesserunt, vt patet per tenorem Bullarũ. Sed Sixtus IV. qui ex Conuentua-

Priuilegia Apost. non derogãt puritati regulę modò non sint surreptitiosè obtenta.

libus ad summum Pontificatus culmen assumptus est, nouit veritatē, vidit, & expertus est; & tantùm abest quod fuerit supplicatum à fratribus, vt ipse motu proprio cum fratribus Conuentualibus dispensarit; sed nouissimè sac. Conc. Trid. circa paupertatis arctissimæ votū, de quo vertitur nostra controuersia, cum fratribus Conuentualib. dispensauit, æquiparans eos cæteris omnib. Regularib. Vnde his stantibus, nescio qua licentia, ne dicam audacia, Procurator nuncupatæ Obseruantiæ dicere ausus sit Conuentuales, qui D. Francisci regulam, iuxta Ecclesiæ interpretationem obseruant, omnia Regulæ præcepta violare in facie mundi, & quod vitium sit totius communitatis. In qua cōgerie verborum, præter calumnias, & inanes suppo-

Cōc. Trid. Conuent. approbat & inter regulares annumerat.

ſitiones, quid reperiatur dignum reſponſione, & animaduerſione neſcio. Sed ſi liceret verbis contendere, facili negotio poſſem oſtendere eos, qui nunc de Obſeruantia nuncupâtur, deteriores eſſe quam vnquàm fuerint Conuentuales, ſed abſit, ſatis eſt, vt omnes ſciât, quod cum aduerſarius non poſſit rationibus contendere, iniurioſa verborum profuſione coràm illuſtriſſimis Cardinalibus; debile ſuæ cauſæ fundamentum palàm oſtendit.

Quartò, vbi Procurator nuncupatæ Obſeruantiæ contra ius aufert à Minorib. Con. Coronam ſanctorum ſui Ordinis, ſummorũ Pontificum, & Doctorum, non multum laborandum eſt, vt oſtendam eos omnes fuiſſe Conuentuales, nam ſatis conſtat ex dictis, Mi-

Oſtenditur ſanctos Ordinis, & SS. Pontifices ex Ordine Con. fuiſſe.

nores, quibus concessum est nomē Conuentualium, primogenitos D. Francisci. Et quia ab eisdem prodierunt nuncupati Obseruantes, vt iam testibus probatissimis probatum reliquimus, sequitur sanctos, summos Pontifices, & omnes Doctores, qui ante tempus illud claruerunt, non posse spectare ad eos, qui post eos emanarunt, & dicti sunt de Obseruantia.

Improbatur ratio aduersarij, qua asserit SS. & Pontifices summos ex PP. Obseruant. prodiisse.

Nec valet inanis illa ratio, qua aduersarius, illos omnes ad suum institutum rapit: quia, inquit, fuerunt omnes suæ Regulæ & professionis zelantissimi Obseruantes, & ideò fuerunt Minores Obseruantes. Quia etiam hoc modo Capuccinos, in quibus est feruor maximus Obseruantiæ regularis, & zelus altissimæ paupertatis, sibi arrogare poterunt. Imò si quis inter

Conuentuales, per ardua tendat ad Deum, vt hoc noſtro tempore claruit Pater Palanterius Epiſcopus Bitontinus, & frater Agricola in ciuitate Neapolis, & anno proximè elapſo propè Auinionem in oppido Carumbi frater Conſtantinus Aſſiſienſis,& alibi plures,hos etiam ſuo Ordini eodem iure adiunget. At Obſeruantia regularis, licet faciat Franciſcanos Obſeruãtes,non tamen facit vt ſpectent ad inſtitutum eorum,qui dicuntur de Obſeruantia,quia ita denominantur,non quaſi ſint ſoli Obſeruantes in Religione Franciſcana (alioquin nullus Franciſcanus eſſet ſuæ Regulæ obſeruator,niſi eis adiungeretur) ſed quia circa tempora Concil. Conſtantiæ, hoc nomen adepti ſunt propter ſtrictiorem regulæ Obſeruantiam, & ad di-

Plures beati etiã nunc ex Conuẽt. oriuntur.

ſtinctionem primorum fratrum, qui communiter Minores dicebantur, à quibus diſcedere anhelarunt.

Euidés ratio quæ probat ſanctos Ordinis fuiſſe Conuent.

Sed probo euidentiſſima ratione, quod aduerſarius non poſſit ad ſuum inſtitutum nuncupatæ Obſeruantiæ auocare ſanctos Ordinis, niſi eis inſignem faciat iniuriã. Nam certum eſt, quod ſicut SS. Antonius, Bonauentura, Ludouicus, & alij omnes qui ſanctitate floruerunt, ab inſtitutione Religionis Seraphicæ, vſque ad annum 1517. fuerunt paupertatis Franciſcanę ſectatores, ita etiam obedientiæ profeſſores, nec minus fuit eis cara, & amica obedientia, quàm paupertas. Immò, quia obedientia totumDeo hominem dicat, & plus obediẽtia valet, quàm ſacrificium, abſque dubio totis conatibus eam

prosecuti sunt. At si aduersarius eos trahat ad suæ Obseruantiæ nuncupatæ institutum, eodem tempore aufert ab eis obedientiæ virtutem, quàm professi sunt iuxta tenorem regulæ, quæ obligat omnes fratres subditos ad obedientiam sui Ministri Generalis. At quæso, quos habuerunt Generales sancti omnes Ordinis Minorum, nimirùm D. Antonius, Bonauentura, Ludouicus, Bernardinus, Didacus, 12. Martyres, & omnes beati, de quo gloriantur nuncupati Obseruantes. Dicat quæso aduersarius, an fuerint instituti suæ Obseruantiæ, an verò Minorum Con. sanè primum dicere non poterũt, quia teste Gonzaga 1. part. hist. Seraphicæ, & Roderico 1. tom. q. 5. electio primi Generalis Ministri familiæ Obseruantium facta fuit

anno 1517. Ergo sancti Ordinis qui claruerunt ante illud tempus, obedire Generali Obseruantiæ nuncupatæ non potuerunt, ad cuius institutum trahi non possunt, nisi fiat sanctis iniuria, qui meruerunt & cœlis digni facti sunt dum viuerent sub obedientia Generalis Minorum Con. cui toto vitæ decursu adhæserunt, tanquam membra suo capiti. Ordo enim est cœtus Religiosorum superiori adunatus, & cœtus ille in superiore est, & superior in illo cœtu. Non ergo diuidi debent sancti Ordinis, à superiore Ordinis, qui non fuit ex Obseruantibus nuncupatis, sed ex Conuentualibus, quod satis patet ex supradictis probatis testibus. Et clarè etiam deducitur ex Bulla Leonis, qui à Conuentualibus ad

Obser-

Obſeruantes anno 1517. miniſteriatus dignitatem (licet hoc nullũ habuerit effectum) tranſtulit; quod quidem infert viguiſſe inter Conuentuales à principio vſque ad illa tempora, abſque controuerſia miniſteriatus durationem.

Nec officit illud quod vrget & tam magni facit aduerſarius, nimirum S. Antonium, SS. Martyres, & alios adſcriptos fuiſſe Catalogo ſanctorum, & Doctorem Alenſem iam obiiſſe ante conceſſionem nominis Conuentualis; vnde putat iurè poſſe à Conuentualibus auferre Coronam illorum ſanctorum, & Doctorum; Nam ſatis eſt probatum Minores Con. non cępiſſe virtute Bullæ Innocentij; ſed tantùm Minorũ titulo, Conuẽtualium nomen adiunctum fuiſſe; vnde Minorum Con. origo tunc

Doctor Alenſis fuit Conuent.

non cœpit, ſed denominari cœpit;
Et Franciſcani, qui tantùm Minores
dicebantur, ex indulto Apoſtolico
Minores Conuentuales dici potuerunt.

Quatuor ſummi Pōtifices fuerunt Conuentuales.

Quòd autem dictum eſt de ſanctis, idem aſſerendum eſt de quatuor ſummis Pontificibus, qui omnes proculdubiò fuerunt Conuentuales. Nam Laërtius Cherubinus, in tituli Bullarum Nicolai IIII. & Sixti IIII. appoſitè notat eos fuiſſe ex ordine Min. Con. quòd clariſſimè deducitur ex tempore quo ambo Generalatus munere functi ſunt; nam Nicol. IIII. rexit Ordinem ſub Gregorio X. anno 1274. & iam Minorum titulo, nomen Conuentualium adiunctum fuerat, & conſequenter antè originem Minorum, qui nuncupantur de Obſeruantia, iuxta id quod ſu-

perius notatum est. Sixtus autem IIII-vt Roderici verbis vtar, tomo 3.q.30.ex Conuentualibus ad summum Pontificatum assumptus est: quòd etiam aliis testibus probaretur, si Rodericus instituti nuncupatæ Obseruantiæ non sufficeret, & res ita manifestè non appareret; vnde hos ambos fuisse Conuentuales nulli dubium esse debet. Alexander V. fuit etiam ex Minoribus Con. ad sedem Petri erectus; quia cum fuerit Prouinciæ Romaniæ alumnus, quæ tota semper Conuentualibus adhæsit, ad Obseruantes nulla ratione trahi potest. Itaque hos tres Pontifices aduersarius ad suam nuncupatam Obseruantiam adiungere non potest, nisi rapiat, & tractu violenti contrà naturá rerum vtatur. Cœterum mirum est, quomodo aduer-

ſarius Sixtum V. ſuo Ordini no aggregauerit? Nam ſi ſanctos & cæteros Pontifices ſuos facit, hac ratione fultus; quia profeſſionis regularis fuerunt Obſeruantes. Sanè Sixtus V. æmulator in omni Sixti IIII. ſuæ regularis profeſſionis obſeruantiſſimus fuit, qui ſimplicitatem victus, veſtituſque, & morum, quã ſemel in Ordine imbibit, etiam Cardinalis, & ſummus Pontifex retinuit. Poterat ergo ſua ſolita licentia, & confidẽtia Ordini ſuo, cum aliis Pontificibus eũ connectere, & eò magis, quia inſignia eius in Valuis Conuentu Aracœli ipſo viuente viſa ſunt hac inſcriptione. Sixtus V. ex Ordine Minorum de Obſeruantia; quę tamen non ſine Obſeruantium turpitudinis nota Illuſtriſſ. Cardinalis Alexandrinus meritò abripere iuſſit.

Audacia Obſeruant.

Venio nunc ad ea quæ aduersarius multis verbis inaniter profusis producit contra quatuor quæstiones in primo scripto sacræ Congregationi porrectas; & antequã examinentur rationes, & responsiones quas contra nos, & quæstiones propositas affert, discutienda sunt contenta Bullarum Leonis, quæ dici possunt fundamenta totius controuersiæ; hac enim veritate perspecta facile ex æquo ius suũ vnicuique tribui poterit.

Quatuor ergo in Bullis Leonis colligebantur, quæ faciebant pro Obseruantibus, & ad rem de qua agitur. Contrà quòd Procurator nuncupatæ Obseruantiæ statim insurgit, vt asserat maiorem partẽ Bullarum minùs candidè, si nó dolosè, inquit, omissam fuisse; attamẽ, si ea, quæ vltra ipse recenset per-

Quatuor in Bullis Leonis in fauorẽ Obseruantium contenta.

pendantur, & iuſta ſtatera examinentur, nihil ex his, quæ faciunt ad rem omiſſum videbitur. Nam quod viciſſim eligatur Miniſter Generalis Ciſmontanus, & Vltramontanus; & quòd ſit per ſexennium; & quòd quolibet triennio inſtituatur Commiſſarius Generalis in altera familia; quòd Commiſſarius, & Prouinciales Miniſtri fiant triennales, & ſint ex Reformatis. Hæc, vt primò intuitu patet non contenduntur, nec maiorem partem Bullarum faciunt. Imò neque omnia illa ſunt in vſu; & ſi quę vigent, nõ prouenit ex Bulla Leonis quæ abrogata eſt, ſed aliundè; quòd vt clariùs pateat, referam ad verbum articulos Bullarum eo modo, & ordine quo aduerſarius recenſet, & viciſſim reſpondendo, tàm facile vera inueniemus, quàm

Propria verba aduerſarij ſumpta ex Bullis.

falsa conuincemus. Sic ergo loquitur aduersarius §. 20. & idem fermè repetit §. 44. Bulla Leonis, inquit, quæ dicitur prima vnionis, continet sequentia, quorum maior pars ab aduersario, inquit, minus candidè, si non dolosè omittitur.

Primus est, quod vnus Minister Generalis totius Ordinis eligatur, cui omnes Franciscani obedire teneantur. Respond. Hunc primum non esse in vsu luce clarius est; quia Minores Con. Reformati eorum, & Capuccini nō obediunt ei, nec obedire tenentur. Respondetur obiect.

Secundus, quod Generalis ex reformatis eligatur. Resp. Huncnō seruari ad prę scriptum Bullæ patet, quia Papa præcipit, vt Generalis à solis reformatis eligatur; ex vocalibus autem multi sunt in Italia, &

Francia, qui gaudent priuilegiis; primum conceditur ab aduersario §. 56. Secundũ, in omnibus perspicuum est; quia Conuentus Parisiensis, & saltem tres prouinciæ Franciæ, quorum Officiales concurrunt ad electionem Generalis possident bona; ergo articulus ille non est in vsu, & electio Generalis à tot annis, nulla est, dicente Pontifice; si electio secus fiat, irrita, & inualida sit. Et hic prospiciat sibi Generalis de Obseruantia, ne electio suæ conscientiæ onerosa sit, & suis fratribus noxia.

Tertius, quòd Generalis duret tantùm ad sex annos. Resp. Hæc temporis duratio à Pio V. anno D. 1557. ad octennium extensa fuit, & Reuerendiss. Gonzaga tot annis Ordinem gubernauit. Vndè patet hunc articulum non fuisse in vsu.

Quar-

Quartus, quòd altetnàtim eligatur Generalis de Vltramontanis, & Cismontanis. Respond. Oppositum seruatum fuisse, ipso Leone viuente, sub cuius Pontificatu successiuè tres Generales Cismontani facti sunt, nimirùm Fr. Christophorus de Forliuiò, Frat. Franciscus Lichetus, & Fr. Paulus Soncinnas.

Quintus, quòd Commissarius Generalis in altera familia sit triénalis. Resp. Licet de hoc officio parum curandum sit, quia non est in regula, attamen etiam Pius V. ad quatuor annos extendere voluit.

Sextus, Quòd Ministri Prouinciales ad triennum durent. Resp. Pius 5. vnum annum ad tres illos addidit, & Greg. XIII. ad statutorum Ordinis seriem reduxit. Sixtus

autem V. iterum ad ſexennium quoad Generalem Miniſtrum, & ad triennium quoad Prouinciales reduxit.

Septimus, quòd omnium Reformatorum fiat vnum corpus, & Miniſtris ſubſit.

Octauus, quòd relictis diuerſis nominibus, fratres Minores Regulæ Obſeruantiæ vocentur.

Nonus, quod nouæ reformationes non fiant, ſinè Miniſtrorum aſſenſu, & ſi fiant eis ſubſint. Reſp. Hæc omnia ſicut & ſuperiora abrogata ſunt; Nam Reformati Obſeruantes quos Leo X. redegit ad vnũ corpus, tempore Clemẽtis VII. anno 1532. diuidi cœperunt, & ſub Gregorio XIII. anno 1579. à iuriſdictione Miniſtrorum Prouincialium contra tenorem Bullarum Leonis ſeiuncti fuerunt, qui

Patrum Recollectorũ, vel ſtrictioris Obſeru. origo.

etiam mutato nomine Recollecti, & fratres arctioris Obſeruantiæ vocati ſunt. Item, noua Capuccinorum reformatio ipſo renuente Miniſtro Generali, & Miniſtris Prouincialibus prodiit, paulò poſt Leonem anno 1525. & à publicatione Bullarum Leonis anno 9.

Ex dictis ergo conſtat omnes articulos Bullæ Leonis, quæ dicitur prima vnionis abrogatos eſſe, ex non vſu, aut contrario vſu. Mirandum ergo quomodo aduerſarius auſus ſit dicere omnes præter vnum, vel alterum articulum eſſe in viridi obſeruantia, & doloſè omiſſos fuiſſe.

Omnes articuli Bullę vnionis Leonis abrog. ſunt, ex non vſu.

Diſcutiamus modò articulos 2. Bullæ Leonis, quos aduerſarius ad ſex redegit, & dixit eſſe in viridi obſeruantia pręter primũ & quartum.

Articuli 2. Bullæ Leonis examinantur.

Primus, quòd Generalis & Pro-

uinciales Conuentualium confirmationem à Ministris Obseruantium petere teneantur. Respond. Hūc nō esse in vsu, satis patet quod etiam fatetur ipsemet aduersarius.

Secundus, quòd Generales & Prouinciales Conuentualium non vocentur Ministri. Respond. Hūc etiam non esse in vsu patet ex multis Bullis Apostolicis, in quibus Generales Conuentualium passim Ministri vocantur. Item, ex confirmationibus multorum Generalium Conu. quæ habentur in forma Breuiū in Archiuio duodecim SS. Apostolorum.

Tertius, quòd Minister Generalis Obseruantium habeatur tanquàm totius Religionis caput. Resp. Hoc non solùm non esse in vsu, sed contrarium effectum habuisse, quia Sixtus V. concedens

facultatem Generali Conuentualium, erigendi Archiconfraternitates in Conuentibus Obſeruantium videtur ei contuliſſe poteſtatẽ ſuper Obſeruantes.

Quartus, quòd Miniſter Generalis Obſeruantium habeat in Cõuentuales eandem iuriſdictionem quam Miniſtri Generales Conuẽtualium anteà habebant in fratres de familia. Reſp. Hoc non eſſe in vſu, & conſentit aduerſarius cautè tamen aufert nomen Conuentualis ab illo Generali, cui ſubdebantur Obſeruantes ante hanc conſtitutionem Leonis, ne cogatur fateri Conuentuales habuiſſe Generalatum ante Obſeruantes, & ſuperioritatem in eos exercuiſſe, quã dignitatem ipſi in Conuentuales nunquam adepti ſunt.

Quintus, quòd liceat fratribus

Conuentualibus ire ad reformatos,& non è contra. Respond. Hoc iuris communis esse, sed nulli ex Conuentualibus quòd mirùm est, Obseruantibus nuncupatis adhæserũt vnquam reformationis caussa, licet ad Capuccinos multi trãsvolarint.

Sextus, quòd in Processionibus funeralibus, exuuiis, & aliis publicis actibus Conuentuales digniorem locum Obseruantibus relinquere teneantur. Respon. Quòd præter Decretum Bullæ Gregorij XIII. quo mendicantium præcedentiam determinat iuxta Conuẽtuum antiquitatem; patet etiã hoc non fuisse in vsu; nam adhæc vsq; tempora, multis in locis, quoad processiones, & vbique quoad actus publicos Vniuersitatum, & Magistratus S. Inquisitionis Con-

uentuales præferuntur Obſeruantibus, vt melius infra videbitur.

Itaq; diſcuſſis articulis liquidò cõſtat, quo iure aduerſarius dicere potuit omnes eſſe in vſu duobus tantùm exceptis.

Videamus modò reſponſiones quas aduerſarius quatuor quæſtiũculis propoſitis affert; & quia eodem tempore putat ſe poſſe refellere rationes noſtras, & tueri dignitatem ſui Generalis, perpendamus diligenter ea quæ dicit, & ſimul reſponſionibus noſtris veluti validis adminiculis fulciamus, quę iam à nobis propoſita ſunt.

Prima quæſtio quærebat, Vtrum Bullæ Leonis vim habeant, cui cũ fuerit reſponſum negatiuè & negatione quinque rationibus probata, diuerſimodè eam diluendam ſuſcepit aduerſarius.

Bullę Leonis vnionis & concordiæ abrogatæ.

Prima autem ratio pro Conuentualibus erat. Leges vim nõ habẽt, quæ vſu poſitæ non ſunt, lex enim tollitur, per non vſum, &c. Sed conſtitutiones Leonis tales ſunt ergo.

Hanc primam rationem refutat aduerſarius duobus modis. 1. Quia lex quæ plura continet, ſi ſecundũ aliqua ſit poſita in vſu ſecundum illa obligare dicitur. 2. Dicit falſum eſſe, & ab omni veritate alienum, Bullas Leonis non eſſe in vſu poſitas, quòd nititur probare per omnes articulos Bullarum quos dum reperit, Generalem Conuentualium iniuria afficit, dicens, meritò fuiſſe priuatum titulo Miniſtri diuinitus in Regula poſito, eò quòd non ſeruat regulam niſi æquiuocè, & ſecundùm quid, ſed

verè

verè abundat iniuriis, vbi ſibi deeſt vera ratio.

Sed ad primam rationem, qua dicit Bullam vim habere quoad illam partem, quæ vſu poſita fuit. Reſpond. Certiſſimum eſſe, legem poſſe permanere, & obligare quoad vnam partem, & non obligare quoad aliam; quando vna pars, nõ pendet ab alia, & vna poteſt ſubſiſtere ſinè alia ſe ſola. At articuli Bullæ nòn poſſunt diuidi, & potiſſimùm, a ſuo fine, niſi fiat contra intentionem legiſlatoris. Item. requiritur, vt illa pars, quæ obligat accepta ſit; nam de ratione legis eſt, vt ſit acceptata ad hoc vt obliget, & lex nulla alia cauſa tenet, quàm quòd iudicio populi accepta ſit, & dicitur verè non recepta, quando ſciente Principe, & legiſlatore, renuit populus eam ac-

Refellitur prima aduerſarij reſponſio.

ceptare; At nũquam Conuentuales siuè Capuccini acceptarunt illas partes, quas aduersarius supponit esse in vsu, ergo manet in robore allatum argumentum.

Item secũda.

Ad 2. Aduersarius falsitatis nos accusat, sed ipsemet falsitate, & vanitate conuincitur; nam multa præmittit, quæ tamen à conclusione excludit; absolutè primò dicit, nos falsò asseruisse Bullas non esse vsupositas, & posteà limitando cõcludit sicut priùs legem ligare secundum eam partem, quæ vsuposita est. Sed quid opus erat tàm multa præmittere, & promittere, & posteà tàm parum præstare? Si absolutè falsum est quod dixerim Bullas Leonis non fuisse vsupositas, ostendat falsitatem, & controuersia dirimetur. At ex his, quæ superiùs dicta sunt, probè cognoscitur, quàm parùm veritatis, & quàm

multùm vanitatis habeant aduersarij rationes, quæ veriùs dici possunt inanes digressiones. Et quoad omnes articulos Bullarum Leonis, iam abundè ostensum est, eneruatos, & abrogatos esse. Et quia aduersarius, vim tantùm facit in duobus articulis aliis relictis, quos benè nouit, nihil sibi suffragari hos etiam duos (confutatis ipsius aduersarij rationibus) nullius esse roboris clarius demonstrabo.

Primus ergò articulus, qui modo viget ex sententia aduersarij est octauus in ordine, nimirùm quòd Generalis Obseruantium, vocetur Minister Generalis totius Ordinis; Generalis vero Conuent. Magister vocetur, non vero Minister, hoc modo, inquit, hucusq; seruatum est. Verum vt melius ostendā hunc articulum abrogatum esse, debeo

etiam referre, quæ dicit aduersarius §.60. vbi ex professo videtur probare hunc titulum Ministri suo tantùm Generali competere; & quia dixeram q. 3. Obseruantes frustra se iactare de hoc titulo, quia etiam vigebat apud Conuentuales, à tempore Sixti V. Imo Pium IIII. in constitutione, quæ emanauit anno 1563. instante S. Carolo Borromeo, tunc Conuentualium Protectore, hunc etiam titulum præfatis Conuentualibus dedisse, statim insurgit vt duo dicat, Primùm, quia sicut plures Archiepiscopi eodem primatus titulo gaudent, quòd tamen fit absque iactãtia. Sic etiam non infertur iactantia in Generali Obseruantiæ, si titulo Ministri totius Ordinis Minorum potiatur; etiamsi Generalis Conuentualium eodem titulo gaudere dicatur. Secundùm dicit

Ministri titul. competit Gen. Conuent.

me falsò dictasse Bullam Pij IIII. in qua nomen Ministri non conceditur Præfectis Conuentualibus, sed nec inquit, in Bulla Sixti V. quę incipit diuinę Charitatis, hoc nomen eis tribuitur. Cui breuiter respondeo, & ad primum dico, quòd argumentum à simili multùm claudicat, imo totum dissimile est; nam duo Archiepiscopi possunt eodem titulo primatus gaudere; alter quia sibi conuenit ex possessione; alter verò, quia iustè prætendit ex successione, nimirùm; quia vnus, aut aliqui de prædecessoribus suis talē titulum cum iurisdictione habuerunt. At Generalis Obseruantium, quo iure prætendit titulum Ministri Generalis totius Ordinis? Si quidem non sibi competit ex possessione iurisdictionis; quia nunquam talem iurisdictionem ha-

buit;nec prætendere poteſt, ex ſucceſſione, cum nullus vnquàm ex Generalibus Obſeruantium prædeceſſoribus toti Ordini præfuerit.

Ad ſecundum, quod eſt de titulo Miniſtri, quem dixeram apud Conuentuales vigere à tempore Sixti V. & probaueram ex Bulla Archiconfraternitatis Cordigerorum quæ incipit, Diuinæ Charitatis. Aduerſarius mordicùs aſſerit Generalem Conuentualium, ſub titulo Miniſtri ibi non vocari à Sixto V. Sed affero ipſamet verba Bullæ. Dilecto filio Cleméti Bontadoſio moderno, & pro tempore exiſtenti dicti Ordinis Miniſtro Generali. Et ex hoc clarè cognoſci poteſt, qua conſciétia aduerſarius loquatur, qui cum ſit de Obſeruantia, ſinè Obſeruantia teſtimo-

Propria verba Bullæ Sixti V. quib. Gen. Conuent. Miniſtrum vocat.

nium Bullarum S. Sedis impugnare nó debet: Qui forsàn dicet Bullam illam legisse apud Rodericum, & ibi nomen Ministri non inuenisse: Sed quęso vbi inuenit nomẽ Magistri de quo mentionem non facit Rodericus? Profectò hi duo Obseruantes meritò hîc argui possunt; alter, quia verba Bullæ ademit; alter verò, quia verba mutauit. Et aduersarius tenetur palinodiam canere, & deinceps fateri nomen Ministri à Sixto V. Generali Conuentualium concessum fuisse. Quod autem Bullam Pij IIII. falsò non citauerim, & quòd sanctus Pontifex Præfectis Conuentualibus, vt asserebam Ministri nomen tribuerit, non semel, sed iteratis vicibus, patet §. 1. nam hæc sunt verba.

Obseruantes mutant, & demunt verba Bullarum.

Propria verba Bullæ Pij IV. fideliter, non falsò allegata.

Dilectum filium Antonium à

Sapientibus eiusdem Ordinis Generalé, & Ministris: & paulo post, supplicationibus Ministrorũ Prouincialiũ. Ecce titulum Ministri, qui præfectis Conuentualibus clarè conceditur. Et sic vt iam in q. 3. asserueram illud nomen viguisse apud Cõuentuales, à tempore Pij IIII. satis compertum est.

Nec dicat aduersarius hoc nomen Prouincialibus, & non Generali cõcedi; quia de Pio piè credere fas est, titulum, auté quem Generali præfecto supposuit deberi, Præfectis etiam Prouincialibus deferre voluisse. Et quicquid sit benè concludere debemus, titulum Ministri reuixisse apud Conuentuales à tempore Pij IV. & concedente Sixto V. Generalem Conuentualium nomen Ministri denuò

recepisse,

recepiſſe, quod negabat aduerſarius.

Ad illa autem, quæ ſinè iure, etiam contra omnem rationem,& intentionem Pontificum ad titulum Miniſtri addit, videlicet Gen. totius Ord. Min. quæ verba inferunt in totum Ordinem iuriſdictioné, facilè reſpondeo, & ex hac ſola ratione inania verba eſſe demonſtro. Nam ille verè dicitur Generalis totius Ordinis Minorum, cui omnes tenentur obedire ſub pœna mortiferi peccati iuxta Regulę limitationem. At nullus Conuentualis vel Capuccinus, qui ei renuit obedire peccat. Ergo Generalis Obſeruantium non eſt, nec debet dici Generalis totius Ordinis Minorum, & hoc tam clarum eſt, vt de eo quiſquam ampliùs dubitare non debeat; Vndè bene ſequi-

Generalis Obſeruantium, non eſt Gen. totius Ordinis Min. quia Cōu. & Capuccini, non ei tenentur obedire.

tur hunc primum articulum, non esse in vsu, cum ipse non sit Generalis, nisi eorum, qui dicuntur de Obseruantia, & non totius Ordinis, vt adhuc infra probabitur.

Secundus articulus quem aduersarius dicit esse, in viridi obseruātia est. Quòd Cōuentuales in Processionibus, & publicis actibus digniorem locum Obseruant. relinquere teneantur: pro quo etiā affert duo decreta sacræ Congregationis, quibus Procuratori Obseruātium conseruatur dignior locus in Capella. Cui respondeo, hunc articulum non esse in viridi Obseruantia; nam quantum ad actiones publicas disputationum, lectionū in vniuersitatibus, Concionum in rotis Ecclesiarum, consultorum, & qualificatorum in Magistratu Inquisitionum, Conuentuales sem-

per præferuntur Obſeruantibus. Et quoàd proceſſiones, huic articulus nullo modo eſt in vſu; nam apud Aſſiſium, vbi eſt caput Religionis, à quo cæteri Conuentus regulari debent, Conuentuales præcedunt Obſeruantes, & nõ ſolùm ibi, ſed in multis, & præcipuis Italiæ ciuitatibus, & in ſeptem Prouinciis Germaniæ, in tribus Franciæ, duobus Poloniæ, in ciuitate Conſtantinop. in Archiepiſcopatu Auenionen. Arelaten. in Epiſcop. Grationopolitano, & ferè vbique Cõuentuales, aut digniorẽ, aut æqualem locum obtinent. Et ſanè dignior locus eis vbique debetur; quia æquum eſt membra conformari capiti; ſed cum Aſſiſij, vbi viget, & ſplendet caput Religionis Conuentuales præferuntur omnibus; ita vbique, vt vitetur confuſio,

Aſsiſij & ferè vbiq; Conuentuales, in actionibus publicis Obſeruantes præcedunt.

hoc idem seruari debet. At dicet aduersarius Romæ, ac etiam multis aliis in locis, Obseruātes in processionibus præcedunt Conuentuales. Respondeo, quod Romæ, & quibusdam in locis habetur ratio, non ad antiquiores Religiones, sed ad antiquiores Conuentus, in quibus Religiosi conueniunt. Sed ex hoc non deducitur articulum præcedentiæ in fauorem Obseruantiæ esse in viridi Obseruantia, cuius oppositum Assisij, vbi viget caput Religionis, & alibi, vt plurimùm seruatur. Ad locū autē Capellæ concedendum est Leonem virtute Bullæ vnionis digniorem locum Generali Obseru. assignasse tāquam Ministro Gen. totius Ordinis Min. at cum præfatus Gen. Obseru. hac iurisdictione totius Ord. quam intendebat Pontifex semper caruerit: Ideò locus di-

gnior in capella ei nullo modo cōpetere debet; nec possessio prętensa ei suffragatur, quæ vt vera sit, possessionis iurisdictionem, aut possessionis successionem inferre debet, quam cum Generalis Obseruant. aut prædecessores eius nunquàm habuerint; ideò nec eius possessio iuridica, sed potius vsurpata possessio censenda est.

Nec fauent ei decreta S. Congregationis, imò contra eũ faciũt; quia possessionem eius in Capella non fuisse pacificam ostendunt, saltem vsque ad illud tempus, quo decreta emanarunt, & adhuc esse litigiosum supponunt; quia decreta non imponunt silentium Conuentualibus, nec determinant amplius non esse audiendos; Sed vltimum Decretum stat tantùm in decisis. Item, illa decreta fauent

Conuentualibus; quia ostendunt Bullam illam, nunquam fuisse acceptam, & ideò inualidam; quia lex non dicitur recepta, quando per actus cõtrarios sciente Principe, impugnatur, & licet subditorum impugnatio nihil operetur per se; operatur tamẽ sciente Principe, & aufert vim, & robur legis. Ergo cùm illi duo articuli, quos aduersarius dicebat esse in viridi Obseruantia, ex dictis videantur abrogati, non video quo iure possit aduersarius defendere Bullarum Leonis validitatem.

Duo articuli ab Aduersario allati, quos ait esse in viridi obseruantia abrogati sunt.

Superest modo, reuocem quinque illa argumenta, quibus primò demonstratam est Bullas Leonis, nullam vim nunc habere, nam cũ aduersarius retorqueat ea in nos, & sua solita modestia vtens, vocet argumentum Goliath, qui proprio gladio occubuit, opus est osten-

dam oppositas, & reflexas aduersarij rationes vanas, & inanes esse, & hoc nomine tumidum Goliath, sibi potiori iure quadrare.

Primum argumentum erat ab vsu non posito, de quo supra, quia lex tantùm recepta ligat; subsumit autem aduersarius, hoc sibi fauere; quia, inquit, Constitutiones Leonis, quoàd puncta controuersiæ vsu recepta sunt. At satis superque est probatum per sufficientem omnium articulorum confutationem nullos esse in viridi obseruantia, & potissimùm duos illos, de quibus gloriatur aduersarius. Ergo bene concludit argumentum.

Bullas Leonis abrogatas defenditur.

Secundum argumentum à tempore legis non receptæ, quia lex spatio decem annorum non recepta sciente Principe, censetur abrogata. Aduersarius dicit hoc sibi fauere, quia lex Leonina, inquit,

quoad duos articulos controuersiæ, nimirùm, quantum ad titulum Miniſtri totius Ordinis, & quantum ad præcedentiam ſuper Conuentuales ab anno 1517. vſque in præſens practicatur. At oppoſitum ſupra probatum eſt. Nam S. Sedes contra tenorem Bullarũ conceſſit titulum Miniſtri præfectis Conuentualibus; Nomen autem Generalis totius Ordinis, etiam ſancta Sedes, ad ſolos Obſeruantes nuncupatos reſtrinxit. Item titulus abſolutus præfecturæ, infert abſolutam iuriſdictionem in toto Ordine, ad quem titulus ſe extendit; at cum Ordo Conuentualiũ, & Capuccinorum Generali Obſeruant. non ſubſit, inanis ſanè eſt ille titulus, & vana ratio, quæ ſuadet habere, quod non habetur. Et ſic perſpicuum eſt, quàm ſit friuola redargutio

gutio aduersarij, qui etiam in vanitate prætensionis facilè conuincitur.

Tertium argumentum erat à destructione legis; si legislator destruat legem ampliùs non obligat, quod aduersarius sic retorquet; Sancta Sedes non destruxit articulos, qui sunt in vigore, & si alios tetigerit, hos tamē intactos reliquit; & licet sancta Sedes confirmauerit Generales Conuentualium, nō tamen abstulit ius eos confirmandi à Ministro Generali Obseruantiū, sed tantùm præuenit. Verum fundamentum, cui hæc redargutio innititur, totum destructum est; nam duos illos articulos, quos aduersarius supponit esse in vigore, & intactos; sine vigore & destructos iacere patet ex dictis. Addam tamen hanc validam rationem contra re-

dargutionem aduersarij, qui asserit S. Sedem; non destruxisse duos prę-fatos articulos; nam vt destruatur priuilegium, satis est, quòd appareat de intentione Pontificis remouere, volentis tale priuilegium; at satis apparet intentio Pontificis, per actus contrarios supradictis articulis. Ergo priuilegium destructũ dici debet. Hoc autem sic distinctè ostenditur.

Bullæ abrogatæ ex actibus cõtrariis.

Primò, titulum Ministri iam concessum fuisse Conuentualibus apertè constat 2. extentio illius tituli qui amplectabatur totum Ordinem limitatur ad solos nuncupatos Obseruantes. 3. Iurisdictio in Ecclesiis Obseruantium & Capuccinorum à Sixto V. Conuentualibus conceditur in erectione Archiconfraternitatis Cordigerorum. Ecce ergo quot actus contrarij, qui

non solùm duos præfatos articulos destruunt, sed totam Bullam pænitùs euertunt. Nec valet illud, quod de confirmatione Generalium Conuentualium aduersatius affert, scilicet, quod Pontifex non abstulit ius Generali Obseruantiũ confirmandi Generalem Conuentualium, sed quod tantùm præueniat: nam ipsemet Leo, qui dederat priuilegium, & consequenter sciebat ius acquisitum in priuilegiato, non vna vice, vt alibi cautè fingit aduersarius; sed semel, atque iterũ confirmauit Generales Conuentualium, per quos actus contrarios non præuenit; sed totum abstulit ius priuilegiati, & eo potissimùm, quia secunda vice absque vlla conditione, cõfirmare voluit, quod & fecerunt Pontifices successores.

Quartum argumentum ab actibus contrariis sic se habet; quia lex euacuatur per actus contrarios &c. quod aduersarius sic redarguit, minorem ita subsumens; sed nullus actus contrarius contra duos articulos controuersiæ, ergo. At iam ex his, quæ dicta sunt patet, multos actus contrarios productos esse, & quantùm ad titulum, & quantùm ad præcedentiam, nam sancta sede concedente, titulo Ministri, tàm Conuentuales, quàm Obseruantes gaudent. Item, iurisdictio limitatur, itaut non excedat suum Ordinem. Et quoàd præcedentiam in ciuitate Assisij, vbi maximè viget dignitas totius Ordinis, omnes Franciscani, Conuentualibus cædunt.

Quintum argumentum desumebatur à priuilegio concesso Cō-

uentualibus à Sixto V. per quod Generali Conuentualium conceditur iurisdictio in Ecclesias Obseruantium, nam dat ei facultatem erigendi Archiconfraternitates vbique locorum, non solùm in Ecclesiis sui Ordinis, sed in Ecclesiis Obseruantium. Cui aduersarius respondet, & tria dicit, primum Sixtum V. per illam Bullam Archiconfraternitatis, nihil aliud contulisse Conuentualibus, quam simplicem curam Archiconfraternitatis, 2. Quòd idem Pontifex concedit Generali Ministro Obseruant. in Ordine, & Commissario Generali in sua familia facultatem erigendi dictam Archiconfraternitatem vbicunque non sunt Monasteria Conuentualium. At hic aduersarius præscindit & truncat periodos Bullæ, vt infra vide-

Gener. Cõuent. habet iurisdict. in Ecclesiis Obseruan.

bitur. 3. Asserit duo falsa à me in dicta Bulla addita fuisse; alterum quod Generali Conuentualium, tanquàm legitimo successori Sancti Francisci dixerim concessum fuisse; alterũ quod sub titulo Ministri ei datum fuerit: quæ duo, inquit non habentur in Bulla. Sed miror quomodo aduersarius audeat nos de falsitate Bullæ accusare, cùm ipsemet Bullam truncauerit, & eam falsò interpretatus sit; quòd quidem fecit, vt fauores à S. Sede Conuentualibus concessos adimeret, aut demeret; sed quantùm verbis dolosis de nobis detrahit tantùm laudibus afficimur.

Sed perpendamus primum punctum, curam, inquit Archiconfraternitatis Conuentualibus demandauit; quod quidem equum erat, quia apud eos S. Fundatoris

corpus iacet. At non est, cur aduersarius affingat aut mutet, aut detrahat: quandoquidem intentio Pontificis, in hunc tendebat scopum, vt per erectionem Archiconfraternitatis, populorum deuotio, & propensio ergà Seraphicum Patrem augeretur. At vtrùm curã tũc demandauerit tantùm Generali Conuentualium istius Archiconfraternitatis; aut nouos fauores concesserit, planè ex ipsis verbis Pontificis colligi potest. Sic ergo loquitur Sixtus V. Dilecto filio Clementi Bontadosio moderno, & pro tempore existenti dicti Ordinis Ministro Generali, plenam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem concedimus, vt quascunque confraternitates vtriusque sexus Cordigerorũ, in quibuscunq; Ecclesiis domorum Ordinum fra- Verba Bullæ Sixti V.

trum, tàm Min. Con. quàm de Obseruantia, & Capuccinorum nũncupatorum, vbicunque, & in omnibus partibus erigere, & instituere, illásque cum erectæ fuerint, pręfatæ Archiconfraternitati, cum omnibus & singulis indulgentiis, peccatorum remissionibus, ac relaxationibus aggregare ipsasque indulgentias Confratribus illarum communicare, & cõcedere valeat. Ex his ergo satis patet ea, quæ Generali Conuentualiũ proprio motu Pontificis conceduntur, non inferre curam simplicem Archiconfraternitatis; sed tria ei conferre, scilicet nouum titulum Ministri, nouam iurisdictionem, in omnes Ecclesias Ordinis Minorum, in quibuscunque mundi partibus, & cuiusuis instituti, & nouam facultatem concedendi thesauros Ec-

Magna dignitas & auctoritas Generalis Conuent.

clesiæ,

clesiæ, tàm Religiosis, quàm fidelibus Christianis. Et hæc tàm clara sunt, vt nullo modo negari possint. Et inde sequitur Generalem Conuentualium æqualem titulũ, cum Generali Obseruantiæ habere, sed maiorem iurisdictionem & authoritatem, quippè qui possit dispensare thesauros Ecclesiæ in omnibus Ecclesiis Ordinis S. Francisci Conuentualium, Obseruantium, & Capuccinorum.

Gen. Conu. eundem titulũ habet ac General. Obseru. sed maiorẽ iurisdict. & autoritatẽ.

Modò videndum, quoad secundum; quid concesserit Sixtus V. Præfectis Obseruantium, concessit, inquit aduersarius facultatẽ erigendi eandem confraternitatẽ Ministro Generali in toto Ordine, & Commissario Generali in sua familia, vbicunque non sunt Monasteria Conuentualium.

Hîc fraudulenter præscindit pe-

S

riodos Bullæ, & peruertens Bullam plus arrogat suo Generali, quã fuerit ei cõcessum à S. Pontifice: Si quidem non dedit ei facultatem erigendi prædictam Archiconfraternitatem in toto Ordine de Obseruantia. Item, non concedit absolutè eas erigere vbicunque non sunt Monasteria Conuentualium: sed addit (potestatem eius magis coarctando) vbi etiam non sunt confraternitates Minorum Con. iam erectæ. Itaque duo sequuntur, alterum quod potestas Generalis Obseruantium limitatur ad suos Conuentus, & alterum vbi non sunt Conuentus Minorum Con. vel confraternitates ab eis iam erectæ. Potestas autem Generalis Minorum Con. remanet absoluta cũ plenaria iurisdictione ad omnes Ecclesias Ordinis S. Francisci Cõ-

Obseruantes fraudulenter citant bullã Archiconfraternit. Cordigerorum.

uentualium, & Capuccinorum, & per præuentionem, etiam ad Ecclesiam Minorum Obseruantium. Et hinc cognosci potest, qua sinceritate scribat aduersarius, qui peruertit Bullas, & præscindit eas, vt faciliùs augeat dignitatem Generalis Obseruantium, & minuat potestatem Generalis Conuentualium.

Quòd autem vltimò dicit aduersarius Generalē Conuentualiū, solùm ferè in Italia Conuentus habere, & Capuccinos alibi viuentes, eius auctoritate ad hanc erectionem non indigere. Respond. Quod sicut aduersarius, parùm fidelis est in citatione Bullarum, ita parùm verax, in relatione Conuētuum qui spectant ad Conuentuales: nam, Deo fauente, non solùm Ordo Minorum Con. habet nu-

merosos Conuentus in Italia, sed in Germania septem Prouincias, in Regno Poloniæ duas, in Francia tres habet. Item apud Infideles Constantinopoli, & alibi plures eorum Conuentus numerantur, vbi fratres Conuentuales non venantur possessiones, vt falsò & nimis iniuriosè dicit aduersarius, sed oues errantes quærunt, quas sedulò ad Christi gregem adducunt. Et quoad Capuccinos, qui Conuentualibus speciali amoris nexu semper coniuncti fuerunt, non approbabunt quod suggerit aduersarius, nimirùm quòd alibi viuentes ad erectioné confraternitatis auctoritate Generalis Conuentualium non indigeant, quia sicut nesciunt præscindere, & corrumpere Bullas Pontificum, ita sciunt eorú mutui obedire, qui cùm soli Ge-

nerali Conuentualiũ dederint facultatem confraternitatis erigendi, si eas velint erigere, proculdubiò non ad Obseruantes, sed ad Generales Conuentualium, iuxta tenorem Bullæ Sixti V. recurrerent.

Tandem vt veniam ad tertium. Videndũ est. Vtrùm Sixtus V. tribuerit prædictam facultatem Generali Conuentualium sub titulo Ministri, & tanquàm legitimo successori D. Francisci. Quæ duo, inquir, aduersarius, falsa sunt, & ad Bullam Sixti addita. At vt ad titulum Ministri respondeam, Bulla clara est, dilecto filio Clemèti Bontadosio dicti Ordinis Ministro Generali. Quæ verba Pontificis, sicut liberant me à calumnia; ita conuincunt aduersarij malitia.

Quòd autem Sixtus V. conces-

ſerit prædictam facultatem Generali Conuentualium, tanquàm legitimo ſucceſſori D. Franciſci, nó eſt dubitandum; non tamen dixi verba eſſe Bullæ, & eius verba non referebam; ſed nec opus erat, vt Bulla diceret eum eſſe ſucceſſorem D. Franciſci; quia cùm nunquam Generales Conuentualium alieni fuerint à ſucceſſione D. Franciſci, ſed eam per continuam durationé, nulla vnquam facta interruptione ſeruauerint: profectoverba illa ſi ad fuiſſent ſuperflua viderentur. Itaq; quod Bulla non dixit ſuppoſuit, & clarè indicauit: nam dũ vocat Generalem Minorum Con. ſub titulo Miniſtri, & ei duntaxat ampliſſimá auctoritatem in omnes Eccleſias trium Ordinum D. Ftanciſci concedit, ſanè demonſtrare voluiſſe eũ

Gen. Conu. verus D. Fran. ſucceſſor, cui ſummus Pont. dedit auctorit. in totũ Ord.

verum successorē D. Francisci, perspicuum est.

Secunda quæstio erat. Vtrùm Generales nuncupatæ Obseruantiæ virtute Bullarum Leonis, iurè possint sibi vindicare titulum Ministri Generalis totius Ordinis Minorum. Et cùm responsio fuerit negatiua, & probata per abrogationem Bullarum, quæ vt suprà habetur, non possunt ei suffragari, aduersarius insistit Bullas Leonis esse in viridi Obseruantia, quantùm ad articulos controuersiæ, & cùm toties oppositum demonstratum sit, non est hac in re immorandum. Sed, ad secundum argumentum pergo, quod factum fuit aduersario petra scandali, absque causa vt mox videbitur. Supposito, dicebā, quod constitutiones Leonis non sint abrogatæ adhuc Generalis

Probatur Gen. Obseruant. non posse dici Gen. totius Ord. Min.

Obseruãtium non potest sibi vindicare titulum Generalis totius Ordinis Minorũ, probatur. Finis Bullarum Leonis fuit perpetua regulæ Obseruantia, quam protestati sunt Obseruantes, tàm superiores quàm subditi, qua supposita Pontifex transtulit in eos titulum Ministri totius Ordinis, & præcedentiam: at cùm talis purę regulæ Obseruantia, modò non vigeat apud Obseruantes, cadant etiam à priuilegio necesse est; minor probatur à nouis reformationibus emanatis, quæ superfluæ fuissent, si viguisset puræ regulæ Obseruantia, & eò magis, quia interdictæ erant. 2. Probabatur à priuilegiis concessis Obseruantibus, contra intentioné & suppositũ Pontificis. Et hîc aduersarius validissimo argumento vndequaque constri-

Puræ reg. Obseru. nõ viget apud Obseruantes.

ctus

ctus, vano prætextu iniuriæ irruit in nos, & sæpissimè furiens, & feriens, mutui amoris fœdera, quæ sunt inter filios eiusdem patris, nobis fuit iniuriosus, & intolerandus: Sed vt agnoscatur, qua leui causa efferbuerit, perpendamus argumēti verba, quæ sibi displicent. Hoc argumentū, inquit, plùs habet iniuriæ, & calumniæ, quàm acuminis, quia dicit veram regulæ Obseruantiam non vigere apud Obseruantes, sed deficere, & eos regulam non seruare; quia vtuntur priuilegiis. At argumentum meū clarum est, nec loquitur de vera Obseruantia, sed de pura regulæ Obseruantia, nec concludit eos regulam non seruare, quia vtuntur priuilegiis: quia priuilegia non dissoluunt regulam, sed mitigant. Argumentū autem tendit ad purá regulæ Ob-

ſeruantiam, de qua locutus eſt Leo, & quam proteſtati ſunt Obſeruãtes ſe velle obſeruare, vt haberent titulos dignitates, & præcedentias Ordinis, à qua eos defeciſſe benè probant nouæ reformationes, & priuilegia petita, & obtenta. Nec valet hîc longa verborum congeries aduerſarij quæ non facit ad ré, nec ſoluit argumentum; nec vana illa comminatio, quod tutò tale argumentum fieri non poſſit. Nam ſtante pura regulæ Obſeruantia, à Leone ordinata, ab Obſeruãtibus nuncupatis promiſſa, cum interdicto nouarum reformationum, ſanè ſi nouæ emanant, relaxationem ſupponũt, & inferunt alienationé ab illa pura regulę Obſeruantia, quam de nouo Reformati profitentur. Inſtat aduerſarius, quod Obſeruãtes non defecerunt à ſub-

stãtialibus sui instituti, sed tantũ in accidentalibus; & nullus inquit est Ordo, in quo factæ non sint refor-reformationes, sed hinc non inferendum eos defecisse, & suis dignitatibus & titulis ob id debere priuari. Hæc omnia admitto, sed si per nouas reformationes primi non sint expellendi, nec antiquiores fratres dignitatibus suis expoliandi. Quare Obseruantes prætextu Reformationis impetum in Cõuentuales fecerunt, & conati sunt sibi abripere titulos, dignitates, & præcedentias eorum (& vtinam immoderata eorum cupiditas vlterius non erumperet.) Aut ergo aduersarius curet, vt sui Obseruãtes exequantur quod dicit, aut alia & potiori ratione vtatur. Nec opus est, vt confugiat ad illam petram refugij, nimirum substantialia se-

cundum declarationem Ecclesiæ, in cómunitate Ordinis apud Obseruantes seruari, licet multa accidentalia perierint: nam eadem ratio fauet Conuentualibus, qui seruant regulam secundum declarationem Ecclesiæ, in communitate Ordinis, licet multa accidentia perierint, & hoc sufficit ad perfectũ statum Conuentualium, non tamen sufficit ad statum Obseruãtię, in quo fundantur priuilegia Leonis, quæ supponunt, non solùm Obseruantiam, sed puram regulæ obseruantiã, à qua defecerunt nuncupati Obseruantes, propter Reformationes de nouo erectas, contra interdictum Leonis, & propter priuilegia relaxatiua, post Leonem obseruantibus concessa.

Nec valet illud subterfugium aduersarij, quòd nullum hactenùs

priuilegium, vel dispensationem contra regulam, capitula generalia admiserint; imò contrarium determinauerint: nam quid opus est recurrere ad determinationes, & decreta Capitulorum, cùm oppositũ vbique exequatur, & priuilegia relaxatiua extent? Nam annui redditus, nomine lampadis, Sacrarij, Ecclesiæ, Valetudinarij, prætextu studiorum, librorum, capitulorũ, aut aliis similibus de causis, liberè Romæ, & vbique excipiuntur, quod tamen, teste Nauarro, & aliis summistis, est contra altissimam regulæ paupertatẽ, quæ permittere potest pro necessitate præsenti recipere, sed non vlteriùs. Sed quoàd priuilegia relaxatiua contra intentionem Leonis, plurima obtenta fuisse notum est, & illa quæ in scriptura nostra referuntur, verissima

ſunt. Vndè meritò deducebatur, nuncupatos Obſeruantes, à pura regulæ Obſeruantia, iuxta proteſtationem factam Leoni X. defeciſſe. Et quia aduerſarius arguit me quòd mala fide citauerim priuilegium relaxatiuum Pij V. conceſſum inſtante Patre Ioanne de Aquilera Commiſſario Curiæ; quia, inquit, nunquàm Ordo illud admiſit, & non conſtat, teſte Roderico de conceſſione. At vt liberem me à calumnia, afferam primò verba ipſius Roderici in ſua collectione Bullarum fol. 428. anno 1566. & die 6. Maij, ſic ergo ait. Pius V. ad inſtantiam Patris Ioannis de Aquilera Commiſſarij Romani, prout ipſe in litteris ſuo ſigillo, & nomine munitis eſt teſtificatus, conceſſit viuæ vocis oraculo vt omnes tuta conſcientia, poſſint

Multa priuilegia relaxatiua obtenta ab Obſeruãt.

vti concessionibus, quæ sequuntur, prout ego vidi in quibusdam litteris propria manu scriptis nostro Reuerendissimo Patri Generali Francisco à Sosa, & inter ea hæc reperiuntur. Quod fratres possint vti sindico secundum priuilegia, & quod superiores Ordinis disponere possint de pecunia expendenda, per Syndicũ, & quòd ipsi Syndici nequeant de ea disponere, nisi in quibus, & quãdo Prælatus voluerit.

Priuileg. relaxatiua Pij V. apud Rodericum

Item, quòd de licentia Ministrorum, licet Prælatis, & fratribus recipere, & petere vinum, & alias eleemosinas in sua specie, & per Syndicum venundari, & talis pecunia, possit licitè conuerti in vtilitatem fratrum, & Conuentuum reparationem. Item, quod de licentia Prælatorum recurrere possit

frater ad dictos Syndicos, & amicos spirituales pro emendis quibusdam rebus, licet non sint admodùm necessariæ. Quod licet congregare vinum, frumentum, & alia, quandò Prælatis videbitur, si commodè in tali Conuentu, alitèr, vel decentèr non possint viuere, dummodò tales congregationes sint pro vno tantùm anno. Quòd fratres, iter agentes de licentia Prælatorum, possint secum ducere famulum, cùm pecunia, quandò alio modò iter agere commodè non possunt. Quod possint procurare pecunias, non solùm pro vrgentibus necessitatibus; sed etiam pro his quæ ita necessariæ non sunt, imò pro superfluis & curiosis. Item pro necessitatibus præsentibus & futuris, pro quib⁹ eleemosina procurata apud Syndicum deponatur.

Item,

Item, quòd non ſint obligati fratres, quando pecuniam petunt, explicare neceſſitatem in particulari; ſed quod poſſint procurare denarios, vel pecunias pro neceſſitatibus in generali, & data pro vna particulari neceſſitate, poſſit in alteram, ordine Syndici deputari. Hæc omnia referuntur à Roderico, qui aduertit, quòd fratres his nõ poſſunt vti, niſi de licentia Generalis. Sed Pius V. hac etiam limitatione ea conceſſit, vt nullus frater eis vteretur, niſi de licentia ſui Generalis. Illa autem limitatio non impedit, quo minùs relaxetur Obſeruantia pura regulæ, quam ſupponimus. Vndè benè concludebat meum argumentum Obſeruantes defeciſſe à pura regulæ Obſeruantia, & quòd reſponſio aduerſarij, aut calumnia, aut euaſio argumenti dici

debeat. Sicut etiam mera calumnia est,& fuga,quæ secundò mihi imponit,scilicet quòd mala fide citauerim Cordubam, & Speculũ fratrum Minorum, qui inquit, nunquàm dixerunt esse dispensationẽ regulæ,vti Syndico ad reponendas eleemosinas pecuniarias. Sed Rodericus purgabit me rursus ab ista calumnia to.3. q.36.a. 4.Cuius hęc sunt verba. Vtrùm vti Syndico ad recipiendum pecunias sit secundũ regulam, an verò per viam dispẽsationis sit in Religione introductum. Speculum, inquit, fratrum Minorum, & auctor Compendij, dicunt esse dispensationem & relaxationem. Hæc sunt verba Roderici, quæ indicant sinceritatem aduersarij, qui modò accuset ,& congerat inania verba putat se benè respondisse. Nec opus erat,vt

hic multa quæreret, & discurreret de vsu Syndici, probans non esse contra regulæ Obseruantiam, quia hoc non impugno, & scio bene priuilegia Pōtificum non destruere regulæ Obseruantiam, quæ manere potest cum modificatione; sed assero (quòd nodus controuersiæ est) puram regulæ Obseruantiam excludere priuilegia modificatiua, vt sunt illa Pij V. Gregorij XIII. Clem. VII. Pij IIII. & aliorū Pontificū post emanationem Bullarum Leonis, contra finem illarum, & intentionem Pontificis, & contra id, quod protestati sunt Obseruātes de pura regulę obseruantia. Vnde bene sequitur immunitates Leonis quas in suum fauorem adducunt, tanquàm inualidas recipi non debere. Priuilegium autem relaxatiuum Gregorij XIII.

Obseruantia puræ regulæ excludit priuilegia modificantia.

quo fratres de Obseruātia possunt habere prata & vineas, probè ostēdit eos defecisse ab illa Obseruantia, de qua est quæstio. Surgit hic aduersarius, & dicit hoc argumentum risu esse dignum, & priuilegiū infideliter data opera adductum; quia concessio fuit facta Commissario Generali Citramontano, & tantùm quoàd aliquos Conuētus, præsertim ex illis, qui fuerunt Amadeorum, & Clarenorum. At quicquid sit Iulius de Ruuere Cardinalis Protector, testatur Pontificem concessisse dicta priuilegia, in fauorem Ordinis de Obseruantia, eique subiectorum. Vnde Rodericus; inquit, fratres possunt tenere vineas, qui fuerunt Amadeorum, & Clarenorum, & aliquorū Conuentuum, & illis vti, licet, non videatur conuenire puritati regulæ,

quia ſic diſpenſauit, & benignè conceſſit Papa Gregorius. Item, prata, vbi fœnum colligitur, Syndicus poteſt vendere. Sed ſi huiuſmodi priuilegium aduerſarius coarctat ad ſolos Ciſmōtanos, cùm iam apud Vltramontanos, vigeant etiā indulta relaxatiua, & potiſſimùm in Prouincia Franciæ, S. Bonauenturæ & Turoniæ, vbi fratres viuunt cum indultis, & priuilegiis immobilium, & Domus Pariſienſis, quæ eſt præcipua Religionis Academia annuos redditus habeat, vt omnibus notum eſt, ſanè ſtatus Obſeruantiæ, aut diuiditur, aut priuilegiis relaxantibus vtitur.

Patres Obſeru. alicubi annuos redditus habeat.

Ex his duæ firmiſſimæ concluſiones colliguntur contra aduerſarium. Prima eſt, quod ſua Obſeruantia, illa non eſt, cui Leo dedit titulum miniſterij dignitatem, &

Duæ concluſiones ex dictis ſumuntur.

præcedentiam Ordinis. Probatur, quia illa constabat tantùm fratribus Refotmatis, purè & simpliciter regulam profitentibus, qui viuebant absque priuilegiis, bona temporalia concernentibus, hæc autem complectitur fratres qui vtuntur priuilegiis, contra statutum, & intentum Leonis, vt patet ex dictis. Ergo hæc Obseruantia toto cœlo distat ab ea, quam Leo tot gratiis & priuilegiis insigniuit.

Secunda conclusio Generalis nuncupatorum Obseruantiũ, non est ille Generalis, cui Leo tot prærogatiua concessit; cuius electio virtute Bullarum Leonis, absque dubio irrita est. Probatur, quia Leo præcipit sub pœna nullitatis, vt fiat electio ex Reformatis, & à solis Reformatis. At electores non sunt omnes Reformati, vt ex dictis

patet, saltem vocales Prouinciæ Franciæ. S. Bonauenturę, & Turoniæ, & Conuentus Parisiorum, tales dici non possunt, quod expressè est contra rescriptum Bullæ Leonis, cuius hæc sunt verba. In electione Ministri Generalis, nullus habeat votum, nisi sit Reformatus, & pro Reformato à congregatione Reformatorũ habeatur. Quòd si in futurum quidquã in contrarium attentatum fuerit, irritum & inane habeatur. Videat modò aduersarius, si argumenta mea risu digna, an potius responsa eius vana, inania, & ridicula sint.

Tertia quæstio erat. Vtrùm tres Generales in Ordine Minorũ essent. Maurolicus asserebat totum Ordinem regi ab vno Generali Obseruantiũ, cui assignabat duos Vicarios, nimirùm Generalem

Conuentualium, & Capuccinorũ. Hanc autem ridiculam, & imperitam sententiam, tuetur aduersarius, in quo verè ostendit, nó considerate, sed iracundè velle agere; Nam cùm Generalis Capuccinorũ & Conuentualium, nullam ad Generalem nuncupatæ Obseruantię relationem, seu dependentiam habeant, non solùm in electione, & confirmatione, sed nec in Præfecturarũ exercitio, & vterq; tantùm habeat auctoritatis in suos fratres, quantũ ipse habeat in suos nũcupatos obser. nescio, quo recto iudicio defendere velit Maurolici imperitiam, quę ex se sinè alia confutatione destruitur. Tres autem Generales sunt in Ordine Minorum, & tot S. Sedes approbat, & vnusquisque sicut habet suam familiam distinctam, ita, & suam iurisdictionem

Tres Gener. in Ord. Min.

nem

nem, quę tantę amplitudinis eſt, quanta eſt familia cui pręeſt.

Ne autem inter hæc tria inſtituta, ex nominis ſimilitudine oriretur confuſio Sancta Sedes, mater prouida vnicuique præſcripſit nomina, & titulos, quibus ab inuicem diſtingui poſſent. Vndè aliqui dicuntur Conuentuales, alij Obſeruantes, alij verò Capuccini, quorũ ſuperiores conſimilem authoritatis titulum habent; quapropter ſatis patet Maurolici imperitia, qui præfecturam vni tribuit, quæ tribus ęqualis eſt. At dicet Maurolicus vel aduerſarius nomine ipſius, titulum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum virtute Bullarũ Leonis, conuenire Generali de Obſeruantia. Cui reſpondeo, Leonem dediſſe titulum Generali de Obſeruantia iuxta conditionem,

& amplitudinem iurisdictionis, quam ei per Bullam conferebat. Sed quia talis iurisdictio non viguit, imò mansit coarctata, ideò etiam limitatur titulus, & manet coarctata ad formam iurisdictionis: & ille Generalis alio modo nó debet nominari, quàm Generalis de Obseruantia: quia vbi Ecclesia dat normam, non licet excedere; est enim regula veritatis. Et ideò cùm Ecclesia nominet eum Generalem de Obseruãtia, non alio modo nominandus est.

Sed vrget aduersarius §. 45. Generalis de Obseruantia, & Generalis totius Ordinis Minorum nomina synonima sunt, quod probat ex Bulla vnionis secunda, vbi Obseruantes eligunt Generalem, & posteà mandat Pontifex Conuentualibus, vt eum agnoscant totius

Ordinis caput; Sed huius argumẽti labile eſt fundamentum, & leuiſſima probatio eius; nec iſta ſynonima, aut diuerſa nomina idem ſignificantia habentur in Bulla; quia vbique Generalis Miniſter totius Ordinis dicitur, nec talia deducũtur ex Bulla; ſed hoc vnum attendit Pontifex, vt iuxta regulæ præſcriptum, conſtituatur vnus Generalis, cui omnes teneantur obedire: Sed cum nullo vnquã tempore hoc effectum habuerit, & iuriſdictio Generalis tunc electi tantùm inter Obſeruantes viguerit, ne titulus fieret inanis, ſanè debet coarctari ad ſolos Obſeruantes. Verũ in præſenti, eo magis limitari debet, vt conueniamus cum Eccleſia, quæ cum limitatione nuncupatæ Obſeruantię Generalem Obſeruantem nominat ſemper.

Remanet modò inſcriptio ſigilli, de quo gloriantur Obſeruantes; ſed quia aduerſarius intactũ reliquit argumentum noſtrũ, quo oſtendebatur vanam eſſe hanc inſcriptionem Generalis totius Ordinis Minorũ ſecluſa iuriſdictione. Ideo ad ea tantùm reſpódebo, quæ obiter dicit, ſed falſò contra nos concludit. Defendit primo Rodericum, & à culpa falſitatis conatur eximere, quod ex Bulla Leonis ſuo Generali ſigillum ordinis arrogauerat. Rodericus, inquit, nudè refert, quod in Bullis Leonis habetur. Sed ecce verba Roderici. In quadam Bulla Leonis, inquit, hoc primùm inter alia ſancitum eſt, quod ordinis ſigillum adimeretur à Conuẽtualibus, & omnino Obſeruantibus traderetur. Sed cũ Bulla Leonis, nec verbum quidẽ fa-

Vana prætenſio Obſeruant. ex inſcriptione ſigilli ſui Ord.

Bullæ Leonis non faciunt mentionẽ ſigilli.

ciat de ſigillo, quomodo Rodericus, nudè refert, quod in Bulla habetur?

Roderícus falſò citat Bullã Leonis contra Conuent.

Aſſignet quæſo aduerſarius, vel vnum paragraphum Bullæ in quo ſaltem ſigillum nominetur; ſin minus à falſitate non liberabitur Rodericus. At vrget aduerſarius, etiã ſi Bulla non loquatur de ſigillo, colligitur tamen ex Bulla, neque opus erat, inquit, vt Bulla ſigillum exprimeret; quia, qui dat formam, dat conſequentia ad eam: ſed quot circunſcriptiones, vt eodem tempore veritatem opprimat, & Conuentuales deprimat? At magna vox veritatis, quæ facile ſeipſam defendit. Vnde tandem aduerſarius, cogitur fateri Bullam non ſanciſſe ſigillum adimendum Conuentualibus, & Obſeruantibus tradendum, ſed tantùm poſſe colligi ex Bulla;

quia qui dat formam, dat conſe-
quentia ad eam: Sed obſecro, quæ
eſt iſta forma, quam conſequitur
ſigillum? Si eſt iuriſdictio in totum
Ordinem, vt ni fallor, ſupponit ad-
uerſarius; iam hæc ratio non fauet
Roderico, qui ante collationé hu-
ius formæ ſubtrahit ſigillum Con-
uentualibus, & Obſeruantibus có-
fert. Ergo hæc ratio non ſuffraga-
tur Roderico. Nec ad rem facit:
Quia ſi ſigillú ſequitur iuriſdictio-
nem abſolutam in totum ordiné;
cùm Generalis Obſeruantiæ eam
nunquàm obtinuerit, ſanè nec ſi-
gillum conſequi poterit. Sic igitur
aduerſarius dum veriratem impu-
gnat in rupem allidit, nec habet,
quod glorietur de ſigillo, quòd
fuerit à nobis ablato, & ſibi colla-
to; quia cum Bulla hoc non dicat;
nec à Bulla ratio bona deducat:

profectò aut gloria parua est, aut omninò nulla; & si magna ex Bulla deducatur, culpa contrahitur.

Quarta Quæstio probat multis mediis locũ digniorem deberi Generali Min. Conuentualium. Cótrà quod insurgit aduersarius, & respondens argumentis, multa falsa congerit contra Conuentuales, & hoc primum est. Conuentuales non extiterunt, nec re, nec nomine primis trecentis annis; quòd quidẽ, risu dignum est, quia contra communem sensum, & historias Religionis. Rodericus, & Gózaga probatissimi suæ Religionis testes, & omnes alij scriptores contraria docent, vt fusè ostendimus. Secundò addit Conuentuales vnanimi consensu Obseruantiæ renunciasse, anno 1517. & ex tunc Conuentua-

Obseruantes iniuriosè contra Conuent, agunt.

les cœpisse; sed hoc totum constat fraude, fallaciis, mendaciis, teste Gonzaga suæ Religionis Generali, qui historiam sic refert. Cum Leo, inquit, vellet, vt omnes in vnū viuendi modum, sub eodem habitu, & iisdem legibus conuenirent: Conuentuales dixerunt, se in antiquiori viuendi modo velle perseuerare, atque Apostolicis priuilegiis perfrui. Non ergo renunciarunt regulari Obseruantiæ, nec renunciare debuerunt; quia hoc fieri nequit absq; peccato: neque tunc incepisse potuerunt, qui dixerunt se velle perseuerare in antiquiori modo viuendi, cum priuilegiis Apostolicis. Tertiò, nouitatis nos arguit, sed quod hac in re nobis obijcit, suæ Religioni probè congruit: Nam teste Roderico 4. 5. a 2. tunc status Obseruātię fuit procreatus,

&

& antequam Obſeruantes appellarentur, fratres de familia vocabantur. Vndé Leo X. prima Bulla vnionis, hoc nomen eis concedens, mandat, vt de cæterò omiſſa diuerſitate nominum, de familia, Reformatorum, Amadeorum, Clarenorum, Colatenarum, & ſimilium, fratres Minores S. Franciſci Regularis Obſeruantiæ, ſimul vel diſiunctiuè nuncuparētur: ex tunc ergo nomen nouum adepti ſunt, at Conuentualibus ſuum ab Innocentio IIII. nomen conceſsum relictum eſt; Vndè cum Bulla, nec vnum verbum dicat de nouitate nominis Conuentualium, nec de noua inſtitutione eorum, miror quomodo aduerſarius audeat nouitatis nominis aut inſtituti nos arguere, & ad nos transferre, quod ſuæ Religioni virtute bul-

læ Leonis competit,& aliis etiam de causis proprium est.

Ad secundum argumentum, dum objicitur continua suorum Generalium Obseruantiæ limitata iurisdictio, aduersarius recurrit ad Obseruantiam regulæ, quæ,inquit, viguit primis trecentis annis in toto Ordine, quo tempore, inquit, Generales absque dubio erãt instituti Obseruantiæ,& eorum iurisdictio in totum Ordinem extendebatur. At oppositum sentiunt Gonzaga & Rodericus, qui distinctè notant originem fratrũ de Obseruantia, quibus tanquàm nouis, nouum nomen sub Leone X. concessum est. Et hic notandũ eos vocari simpliciter fratres de Obseruantia, aut qui sunt de Obseruantia, seu fratres qui dicuntur de Obseruantia, sic enim tridenti-

na Synodus, dũ nominat eos Obſeruantes, cap. de regularib. Concedit S. Synodus omnib. fratribus, &c. Capuccinis exceptis, & iis qui vocantur de Obſeruantia; ſed ſummi Pontifices, hac etiam loquendi formula vtuntur, addentes ad nomen Obſeruantium, & Obſeruantiæ nuncupatorum, & nuncupatæ, vt ſic diſtinguantur à cæteris Franciſcanis, qui etiam habent ſuas obſeruantias; Vndè non benè infertur, fratres, qui dicuntur de Obſeruantia, primis trecentis annis extiterunt & claruerunt, quia tunc viguit Obſeruantia. Sed benè ſequitur fratres Minores, qui tunc erant, fuiſſe ſuæ regulæ Obſeruatores, licèt aliam denominationem habuerint. Fratres autem, qui nũc dicuntur de Obſeruantia, patet, tunc non fuiſſe, quià nondum in-

Fratr. Obſeru. nõ dicuntur de Obſeruan. quia ſoli Obſeruantes in ordine.

cęperant esse, & quia sine corpore caput subsistere non potest. Hinc bene sequitur Generales nuncupatæ Obseruantiæ tunc non extitisse.

Ad tertium argumentum, quo dignitas Generalis Conuentualium ostendebatur ex possessione Ecclesiæ Assisiensis, quam S. Sedes matrem, & caput Ordinis declarauit. Aduersarius suo more in Ordinē Conuentualium debacchatur, & quod mirum est, non vitia aliquorum fratrū, sed fratres omnes insectatur, nec parcit fratribus familiæ sacri Conuentus Assisij, qui sunt excubitores assidui Seraphici corporis, deuota mancipia, & vigiles Custodes primæ totius ordinis Ecclesiæ, quos ordo eligit inter omnes, sine macula, vita probatos, & virtutibus præditos, vt di-

gnè possint stare in loco sancto, & ministrare summo Deo coràm sancto Patre, hos enim Turcis infidelibus comparat, imò totū ordinem sectæ Mahumeticæ confert. Sed vnde deducit huiusmodi profanam similitudinem? Quia, inquit, sicut Conuentuales ex possessione Ecclesiæ Assisiensis, quæ est mater omnium Ecclesiarum ordinis, inferunt dignitatem sui Generalis, ita Turcæ ex possessione sancti Sepulchri, inferunt dignitatem sui Principis Othomani. At quæso, quæ Religiosis cum Turcis similitudo, quæ conuētio Christi ad Belial? Quæ societas cum tyrannis? Turcæ non possident sanctum Sepulchrum, sed crudeliter inuaserunt, & tyrannicè occupant, non illud custodiunt, & integrum seruant, vt religiosè venerentur, & Laus fratrū degentium Assisij.

colant; ſed totum, quod faciunt, queſtu, & lucro ducuntur. Vnde penes Turcas crudelis inuaſio, & profana detentio S. Sepulchri reperitur. At Conuentuales per ſucceſſionem pacificè poſſident, & Religioſo cultu cuſtodiunt ſacras, & Seraphicas ædes, quas S. Sedes primatu decorauit. Ergo nulla pænitus ſimilitudo, imò aduerſarius intolerabilis petulantiæ conuincitur, & benè ſequitur ex continua poſſeſſione primæ Eccleſiæ Ordinis primitatem Conuentualibus deberi.

Conuent. præferũtur Obſer. in Bullis Pontificum.

Quartum argumentum, quòd deducebatur ex Bullis Pontificum, in quibus Conuentuales præferũtur Obſeruantibus, dum viciſſim nominantur ſuperiores eorũ, aut ipſamet inſtituta, vt patet ex conſtitutione Pij IIII. Pauli III. Gre-

gorij XIII. Sixti V. &c. Aduersarius soluit duobus modis. Primò, inquit, si duo summi Pontifices præponunt Conuentuales Obseruantibus, alij Pontifices passim oppositum faciunt, quos tamen breuitatis causa non adducit. At non sunt duo tantùm Pontifices, qui fauent Conuentualibus, sed plures, & tres, non duo numerantur in argumento, quod quidem soluitur, non leui excusatione, sed opposita ratione.

Secunda responsio, Bullæ Pontificum, inquit aduersarius, cũ non agant de præcedentia, non possunt hac in re fauere Conuentualibus, fauet autẽ Obseruantibus Conc. Trid. vbi omnes ex professo pro dignitate Ordinum collocantur. Sed Minister Generalis Obseruantium Magistro Generali Conuen-

tualium, & Theologi Obſeruan-tes, Theologis Conuentualiũ præ-poſiti ſunt, vt videre eſt in Catalo-go patrum, & Doctorum, apud li-brum eiuſdem Concilij. At mirùm, vult aduerſarius ex ſimplici elen-cho libri Coucilij, conficere argu-mentum, & ſtatuere præcedentiam ſui Generalis. Tenue quidem & debile fundamentum tantæ di-gnitatis. Huic autem cathalogo objicio decretum Concilij ſeſſ. 25. Declarat S. Synodus, ex loco aſſi-gnato Oratoribus, tàm Eccleſiaſti-cis quàm ſæcularibus, in ſedendo, incedendo, aut quibuſcunque aliis actibus, nullum vnquam eorum factum fuiſſe præiudicium. Itaq; cum ſacrum Concilium Trid. nihil contra Conuentuales faciat, & cõ-ſtitutiones Pontificum, poſt Con-cilium emanatæ eis faueant, præ-

ferentes

ferentes eos Obſeruantibus; ſanè primus locus debetur eis.

Quintum argumentum oſtendebat dignitatem Conuentualiũ ſuper Obſeruantes, ex prærogatiua doctoratus, & lectionum in Cathedris Magiſtralibus Vniuerſitatum, quæ continua temporis ſucceſſione apud Minores Con. viguit. Aduerſarius, vt ſoluat argumentum, effundit multa inania verba. Et primò dicit nomen Magiſtri & Doctoris eſſe contra piam ordinationem Capituli Generalis habiti vno, vel ad ſummum tribus annis poſt mortem Seraphici Patris. Inde abjicit nomen doctoratus à toto Ordine ſuo; ſed poſteà, quaſi labilis memoria reuocat ad omnes Prouincias Galliarum ſui inſtituti, vbi, inquit, ſunt celeberrimi Doctores. Sed quæſo, ſi Do-

ctoratus nomen à toto ordine auocat, vt Conuentuales offendat, cur posteà ad ſuos reuocat, vt Conuentualibus in doctoratus titulo, æquales faciat? Sanè doctoratus prærogatiuam, & Cathedras Magiſtrales in Vniuerſitatibus habent Minores, ex conceſſione ſummorum Pontificum, & titulus Magiſtri in Philoſophia, & Theologia à principio in ordine Seraphico receptus fuit. Nam Bartholomæus de Piſis, poſt enumerationem Cardinalium, qui fuerunt ex Ordine Minorum, ita de his loquitur, & omnes, inquit, exceptis tribus fuerunt Magiſtri in Theologia. Quòd autem huiuſmodi nomine vterentur primi Patres Ordinis, patet ex eodem libro Conformitatum, vbi extat littera Capituli Generalis, anno 1399. cum hac inſcriptione, Fra-

Nomē Doctoratus in primitiua religione.

tri Bartholomæo de Pisis, sacræ Theologiæ Magistro. Ergo aduersarius, aut tenetur Magistri nomen & doctoratum in primitiua Religione admittere, aut tot Cardinales, & insignes Patres, non fuisse de Obseruantia cogitur fateri.

Sextum argumentum, quo dignitas Conuentualium deducebatur à Magistratu S. Inquisitionis, qui tantùm penès Conuentuales, inter Franciscanos residet. Aduersarius duas affert responsiones, quarum altera, præter laudes suæ Religionis, quæ non faciunt ad ré, nihil aliud continet, & laus in ore proprio sordescit. Altera sola verborum copia dici debet, quæ non soluit argumentum, nam quæstio est de Magistratu Inquisitionis, quem Religio Minorum, in primordio gerere consueuit, qui cum

Magistrat. Inquisit. apud Min. Conuent. tantùm in Ord. Min.

permaneat tantùm apud Conuentuales, ſequitur eos primis Patribus ſuccedere, & ad eos ſpectare dignitatem Religionis. Aduerſarius autem affert cateruam qualificatorũ, qui non gerunt Magiſtratum, ex quibus, vnaquæque Religio communiter in omnibus ciuitatibus, vbi ſunt Inquiſitiones ſolent decorari, at hoc eſt à propoſito declinare, & deflectere argumentum, nam non eſt ſermo de qualificatoribus, de quibus in argumento, nec vnũ verbum habetur, ſed de ipſo Magiſtratu inquiſitionum, & de Cõſultore in prima ſede Inquiſitionis, quibus Religio Minorum ferè à principio Ordinis à ſancta Sede decorata fuit, quæ cum non reperiuntur apud Obſeruantes, ſed tantùm apud Conuentuales, benè ſeſequitur ex argumento Conuen-

tuales digniores esse Obseruantibus, & primum tenere locũ in Ordine Minorum.

Septimum argumentum, ex dignitate sanctorum probat dignitatem Conuentualium, cui aduersarius occurrit per simplicem negationem, & absolutã vsurpationem omnium sanctorum Ordinis, quos nullo penitus iure suo Ordini Obseruantiæ nuncupatę tribuit, hac sola apparente, & vana ratione, quia inquit, omnes fuerunt Obseruantes, quasi verò Conuentuales eo potissimùm tempore fuerint inobseruantes; sed quia hanc rationem superius refutauimus, quam non solùm falsam, sed ipsis sanctis iniuriosam abundè ostendimus, ideò benè remanet argumentum in suo robore, & ob id concludẽdum Conuentuales, digniores esse

nuncupatis Obſeruantibus.

Tandem poſt tot reſponſiones aduerſarij, quæ vt ſatis conſtat nullius ſunt momenti, pro coronide aduerſarius ſe vertit ad iniurias, & falſa crimina, vt id quod probare non potuit, fingere cogetur, qua in re litigatores & ſchiſmaticos imitari videtur, qui cum rebus non poſſint, iniuriarum profuſione malam cauſam, vtcunque ſuſtentant. Sed quorſum, tot repetitæ iniuriæ contra Conuentuales, & cur iniuriis falſa crimina adiungit? Sanè iniurias condonare debeo, ne à Chriſto diſiungar, ſed falſa crimina condonare non poſſum. Quatuor autem falſa crimina in medium profert contra Conuentuales.

Quatuor falſa crimina contra Conuent.

Primum falſum crimen, Conuentuales anno 1517. ſub Leone

in vnum conuenerunt aduerſus Franciſcum, & regulæ Obſeruantiam.

Secundum crimen, modernus Conuentualium viuendi modus, regulæ, è diametro contrarius eſt.

Tertium falſum crimen, Conuentuales ex tunc adiũxerunt profeſſionis formæ Litanias limitationum.

Quartum falſum crimen, Vicarius Generalis Conuentualiũ, qui nunc præeſt, nihil de regula ſancti Franciſci ſeruat, quia habet proprios redditus, & prouentus, ad aliquot ſcutorum millia annuè, ſimiliſque eſt Apoſtatæ Eliæ regulã relaxantis, barbam nutrientis, quãdò à Generalatu depoſitus ad Cortonenſes ſecedit, à quo etiam Conuentuales dici debent, Eliani, non autem Franciſcani. Quæ omnia

examinare licebit, vt hinc agnoſcatur zelus iſtius Minoris Obſeruãtis, qui velut Goliath audet agminibus Dei exprobrare.

Ad primum falſum crimen, quòd Conuentuales conuenerint in vnum ſub Leone X. anno 1517. aduerſus Franciſcũ, & regulæ Obſeruantiam. Quæſo vndè hoc crimen deducit aduerſarius, quo argumento probat? Quibus teſtibus confirmat? Accuſatio criminis nulla ratione probata, falſi criminis accuſatorem cõuincit. Fateor quidem ſub Leone X. anno 1517. Cõuentuales in vnum conueniſſe, in Conuentu ſanctorum 12. Apoſtolorum, quo tempore ſecuta eſt diuiſio Ordinis; ſed quòd conuenerint, contra D. Franciſcum, & regulæ Obſeruantiam, nullus vnquam dixit, niſi iſte Minor Obſeruans,

seruans, qui nescio quo spiritu elatus, sine aliqua probationis nota, falsum hoc crimen Conuentualibus imponit. Cui has tres rationes objicio. Prima, si duo vel tres congregati in nomine Christi, habent Christum præsentem, & adiuuantẽ, & obtinet, quod conuenit in eis obtinere, quis audebit asserere maximam Religiosorum Sacerdotũ multitudinem in nomine Christi congregatam ita destitutam, vt contra sanctos, & sancta Religionis instituta coniurare potuerit? Profecto aduersarius, aut malitiosè, & parùm religiosè falsum crimen objicit, aut ex reuelatione habuit, Deum immisisse spiritũ mendacij in ore multitudinis legitimè congregatæ, quo casu audiat Apostolum; Nolite omni spiritui cre-

dere. Secunda ratio, congregatio, quæ coniungitur capiti Ecclesiæ, non potest dici coniuratio contra sanctos, & sancta. At Conuentuales, conuenerunt in vnum annuẽte Pontifice summo, qui nihil fecerunt contra eius voluntatem, vt patet ex Bulla vnionis. 2. Ergo non possunt ob id accusari, & si accusantur falsum crimen eis objicitur. 3. Vrgeo, si Conuentuales tempore Leonis conuenerunt in vnum contra D. Franciscum, & regulæ Obseruantiam, sequitur, vt Ecclesia intolerabilem errorem admiserit, nam error intolerabilis est, proponere aliquid faciendum, & bonum non esse, sed quod factum est contra D. Franciscum, & regulam suam, bonum esse non potest, & hoc Ecclesia tolerat, imò approbat, ergo intolerabilem errorem

admisit,& approbauit, quod si dici non potest, vt fateor, superest, vt aduersarius falsi criminis reus esse dicatur.

Secundum falsum crimen. Modernus Conuentualium viuendi modus, regulæ ex diametro contrarius est. Resp. Hoc esse falsum crimen euidentissimum, quia tam Conuentuales, quàm Obseruantes & Capuccini in essentialibus, atq; substantialibus regulæ D. Francisci conueniunt, vt probè obseruat Ludouicus Miranda q.3.a.5. De accidentalibus autem, Rodericus t. 1. q.5.a.3. sic loquitur. Ita ædificant Ecclesiam Dei Conuentuales boni, & Obseruantes, vestibus suis honestis induti, librorum codices in lucem ferentes, & litterarum studia sectantes, & necessitate vrgente semper equitantes, contra hæreses

disputatntes, peccatores prædicationibus suis à peccato abstrahẽtes, confessionibus insistentes, agonizantibus in articulo mortis auxiliantes, sicut ædificant boni Capuccini, Amadei, Clareni, &c. Videat aduersarius, quam consimiles sint Conuentuales, & Obseruantes, & Roderici testimonio in obseruatione accidentalium regulæ. Imò videat præsentem statũ suæ Obseruantiæ laxatum absq; indulto, quoàd habitus, cõtinuam equitationem, & arctum paupertatis institutum, & crimen inobseruantiæ, quod falsô Conuentualibus imputat, ad suæ Obseruantiæ statum corruptum meritò deferat. Sed contra aduersarium, vt falsitas eius meliùs detegatur, sic arguo. Non potest dici contrarium regu-

læ D. Francisci, quod sancta Sedes approbat,& determinat esse secundum regulam eius, sed modernus viuendi modus Conuentualiũ ex approbatione S. Sedis, est secundũ regulam D. Francisci, ergo Minor clara est,quia S.Sedis est quascunque regulas approbare, declarare, interpretari,& temperare, nec licet sentire, & dicere contra id quod sentit, & dicit mater Ecclesia. Minor probatur, ex eo quod Conuẽtuales profitentur regulã D. Francisci, secundum determinationes summorum Pontificum, qui sæpiùs etiam proprio motu viuendi modum Conuentualium approbarunt, qui à nullo dicitur modernus, nisi ab ipso aduersario, cuius animus iracundia præoccupatus, recta ratione absque dubio non vtitur. Sed caueat iste aduersarius

dum irato animo asseuerat Conuentuales, ex diametro regulæ D. Francisci esse contrarios, ne ipsemet fiat regulę contrarius: nam ex regula cum sancto Fundatore, ipse promisit obedientiam Domino Papæ, ac successoribus, & pedibus S.Romanę Ecclesiæ, id est pręceptis, & statutis se subiecit. Ergo dũ viuendi modum Conuentualium, quem S. Sedes approbauit, & determinauit, audacter impugnat, proculdubio videtur facere, contrà professionem suæ regulæ, & sic regulę contrarius efficitur, cui quadrat illud Dauidicum, captio, quã abscondit apprehendit eum, & in laqueum cadit in ipsum.

Tertium falsum crimen. Conuentuales ex tunc, id est, tempore Leonis X. adiunxerunt formæ professionis Litanias limitationũ.

Resp. Ex duobus falsis non colligitur, nisi falsum. Falsum est autem quod Conuentuales adiunxerint formę Professionis falsum, quòd hoc fecerint anno 1517. sub Leone X. Et huic geminæ falsitati, hoc vnum satis imperitè additur, Quod Conuentuales professionem suam litaniis limitarunt. Primum notũ est, nam regula non pręscribit formam professionis, cui adiungi possit, sed tantùm hęc verba habet, promittentes vitam istam, & regulam obseruare. Quæ verba, vt clarè patet, dubia sunt, nec faciunt claram, & completá professionis formam, vndè necesse fuit vt S. Sedes, aut Patres Ordinis congregati, ipsa S. Sede annuente, formam pręscriberent. Forma autem, qua vtuntur Conuentuales, à S. Sede emanauit. Et ab Alexandro V. annuente, cõ-

Regula nõ præscribit formá professionis.

ſtitutionibus, quæ ab eius nomine dicuntur Alexandrinę inſerta, fuit. Vndè alia falſitate aduerſarius cóuincitur, qui refert hanc profeſſionis formam ad tempus Leonis X. quę tamen habetur in actis Capituli Generalis, Iteramnę celebrati anno 1500. ſub Generalatu Magiſtri Ægidij Delphini Conuentualis, qui fuit quadrageſimus Generalis Miniſter totius Ordinis, cui etiam alij tres Conuentuales ſucceſſerũt, Magiſter Raynaldus Gratianus, Philippus Porcatius, & Bernardinus à Prato, qui omnes rexerunt Ordinem ante Leonis tempora. Et hinc detegitur alia falſitas aduerſarij, qui conſtanter vel potiùs audacter ſuperiùs aſſeruit, modernum ſtatum Conuentualium cępiſſe ſub Leone X. anno 1517. cùm tamen longè ante eum fratres profiterentur

fiterentur regulam S. Francisci, secundum præsentem statum Conuentualium, & secundum formam quá ipse arguit, & ad tempus Leonis refert. Sed tandem imperitiam suam ostendit aduersarius, dum dicit quòd Conuentuales Litaniis professionis formam limitarunt, nam Litaniæ supplicationes apud omnes significant, quæ nullo modo formæ & professionis verbis congruunt. Quot absurda, falsa, & inania, vel vna clauduntur periodo?

Quartum falsum crimen. Quod Vicarius Generalis Conuentualiū, qui nunc præest, nihil penè de regula S. Francisci seruat, qui habet proprios redditus, & prouentus, ad aliquot scutorum millia annue, qui similis est Apostatæ Elię regulam laxantis, & barbam nutrientis,

quando à Generalatu depoſitus ad Cortonéſes ſecedit, à quo tam ipſe, quàm fratres eius Conuentuales Eliani potiùs quàm Franciſcani dici debent. Reſp. Aduerſarius re vera hîc videtur Obſeruantis inſtitutum exuiſſe, vix enim credi poteſt Religioſum Obſeruantem ita poſſe loqui contra regulam quam profitetur, cuius hęc ſunt verba, fratres non contendant verbis, nec alios iudicent. Et alibi, caueant fratres ab omni ſuperbia, vana gloria, detractione & murmuratione. Sed ſi contendat ſe eſſe Obſeruantem, cur ergo non obſeruauit Vicarium Generalem Apoſtolica authoritate fuiſſe electum, quem ob id vix offendere poteſt ſine offenſione S. Sedis, imò totum crimen (ſi crimē eſt) in ſummum Pontificem reflectitur, qui delegere voluit in ſupe-

riorem totius Ordinis Minorum Conuentualium virum notorium suæ regulæ transgressorem, & cõsequenter insufficientem, cui si ex mandato eius fratres tenentur obedire, ex statuto tamen Martini V. non tenentur, quia insufficientes, secundum regulæ formam, à Ministerio rejicit, & vult abstinere sub pœna periurij, & infamiæ ipso facto incurrenda. Vnde stante regulæ Obseruantia, quam Aduersarius Vicario Generali Conuentualium falso imponit] fratres Cõuentuales contrariis præceptis attracti, quid agere possent, nisi totum scandalum & crimen in S. Sedem retorquere. Quòd autem asseueranter dixit Vicarium Generalem habere proprios redditus, & prouentus, hoc totum impudens mendacium est, nam licèt Conuẽ-

lium immediatè coniungi Dominicano in Capella Pontificis, ante Clementis VIII. tempora. Sed clarè colligitur ex ipso memoriali Clementis VIII. porrecto à Procuratore nuncupatæ Obseruantię, qui vt decretum S. Congregationis testatur, tunc locum digniorē ante Procuratorem Generalem Conuentualium competebat; ergo tunc ex edicto obtinuit, vel potius extorsit, quod nondum habebat, fauente Illustriss. Cardinale de Mathæis tunc Obseruantium Protectore, & quo tempore Conuentuales Protectore destituti erāt, vnde mirum non est si res Obseruantibus fœliciter successit. Aduersarius autem referens sacræ Congregationis decreta, hoc loquendi modo vtitur, quæso notetur. Conuentuales, inquit, per decretum primum Congregationis ceciderunt

in nomine Patris, per secundum, in nomine Filij, per tertium, grauiori lapsu casuri, in nomine Spiritus sancti, & totius Trinitatis, sed vtrùm hæc verba impunè dici possint videat sacra Cógregatio, hoc vnum tantùm obiter dicá, aduersarium contra legem pietatis, & charitatis, ex lege immoderatè arma sumere, & Religionem Religione irrisoriè impugnare.

Probat autem duobus modis, Obseruantes Procuratores locum digniorē in Capella ab anno 1517. vsque in præsens obtinuisse, & pacificè occupasse, nimirum ex Leonis X. Bullis, & duobus decretis Congregationis. Sed antequam respondeam, velim notemus, quá-ta sit vis veritatis, quæ contra calliditatem, & solertiam, in publicū prodit. Siquidē multis in locis aduersarius mordicùs asserit institutū

dum irato animo asseuerat Conuentuales, ex diametro regulæ D. Francisci esse contrarios, ne ipsemet fiat regulę contrarius: nam ex regula cum sancto Fundatore, ipse promisit obedientiam Domino Papæ, ac successoribus, & pedibus S. Romanę Ecclesiæ, id est pręceptis, & statutis se subiecit. Ergo dũ viuendi modum Conuentualium, quem S. Sedes approbauit, & determinauit, audacter impugnat, proculdubio videtur facere, contrà professionem suæ regulæ, & sic regulę contrarius efficitur, cui quadrat illud Dauidicum, captio, quã abscondit apprehendit eum, & in laqueum cadit in ipsum.

Tertium falsum crimen. Conuentuales ex tunc, id est, tempore Leonis X. adiunxerunt formæ professionis Litanias limitationũ,

Resp. Ex duobus falsis non colligitur, nisi falsum. Falsum est autem quod Conuentuales adiunxerint formę Professionis falsum, quòd hoc fecerint anno 1517. sub Leone X. Et huic geminæ falsitati, hoc vnum satis imperitè additur, Quod Conuentuales professionem suam litaniis limitarunt. Primum notũ est, nam regula non pręscribit formam professionis, cui adiungi possit, sed tantùm hęc verba habet, promittentes vitam istam, & regulam obseruare. Quæ verba, vt clarè patet, dubia sunt, nec faciunt claram, & completã professionis formam, vndè necesse fuit vt S. Sedes, aut Patres Ordinis congregati, ipsa S. Sede annuente, formam pręscriberent. Forma autem, qua vtuntur Conuentuales, à S. Sede emanauit. Et ab Alexandro V. annuente, cô-

Regula nõ præscribit formã professionis.

ſtitutionibus, quæ ab eius nominē dicuntur Alexandrinę inſerta, fuit. Vndè alia falſitate aduerſarius cõuincitur, qui refert hanc profeſſionis formam ad tempus Leonis X. quę tamen habetur in actis Capituli Generalis, Iteramnę celebrati anno 1500. ſub Generalatu Magiſtri Ægidij Delphini Conuentualis, qui fuit quadrageſimus Generalis Miniſter totius Ordinis, cui etiam alij tres Conuentuales ſucceſſerũt, Magiſter Raynaldus Gratianus, Philippus Porcatius, & Bernardinus à Prato, qui omnes rexerunt Ordinem ante Leonis tempora. Et hinc detegitur alia falſitas aduerſarij, qui conſtanter vel potiùs audacter ſuperiùs aſſeruit, modernum ſtatum Conuentualium cępiſſe ſub Leone X. anno 1517. cùm tamen longè ante eum fratres profiterentur

fiterentur regulam S. Francisci, secundum præsentem statum Conuentualium, & secundum formam quã ipse arguit, & ad tempus Leonis refert. Sed tandem imperitiam suam ostendit aduersarius, dum dicit quòd Conuentuales Litaniis professionis formam limitarunt, nam Litaniæ supplicationes apud omnes significant, quæ nullo modo formæ & professionis verbis congruunt. Quot absurda, falsa, & inania, vel vna clauduntur periodo?

Quartum falsum crimen. Quod Vicarius Generalis Conuentualiũ, qui nunc præest, nihil penè de regula S. Francisci seruat, qui habet proprios redditus, & prouentus, ad aliquot scutorum millia annue, qui similis est Apostatæ Elię regulam laxantis, & barbam nutrientis,

quando à Generalatu depositus ad Cortonéses secedit, à quo tam ipse, quàm fratres eius Conuentuales Eliani potiùs quàm Franciscani dici debent. Resp. Aduersarius re vera hîc videtur Obseruantis institutum exuisse, vix enim credi potest Religiosum Obseruantem ita posse loqui contra regulam quam profitetur, cuius hęc sunt verba, fratres non contendant verbis, nec alios iudicent. Et alibi, caueant fratres ab omni superbia, vana gloria, detractione & murmuratione. Sed si contendat se esse Obseruantem, cur ergo non obseruauit Vicarium Generalem Apostolica authoritate fuisse electum, quem ob id vix offendere potest sine offensione S. Sedis, imò totum crimen (si crimē est) in summum Pontificem reflectitur, qui delegere voluit in supe-

riorem totius Ordinis Minorum Conuentualium virum notorium suæ regulæ transgressorem, & cõsequenter insufficientem, cui si ex mandato eius fratres tenentur obedire, ex statuto tamen Martini V. non tenentur, quia insufficientes, secundum regulæ formam, à Ministerio rejicit, & vult abstinere sub pœna periurij, & infamiæ ipso facto incurrenda. Vnde stante regulæ Obseruantia, quam Aduersarius Vicario Generali Conuentualium falso imponit] fratres Cõuentuales contrariis præceptis attracti, quid agere possent, nisi totum scandalum & crimen in S. Sedem retorquere. Quòd autem asseueranter dixit Vicarium Generalem habere proprios redditus, & prouentus, hoc totum impudens mendacium est, nam licèt Conuẽ-

tuales habeant bona immobilia, proprios prouentus, & annuos redditus, attamen, quia horum administratio est penès officiales publicos Religionis, & Conuentuũ, iuxta decreta S. Concilij Trid. nullam omninò proprietarij labem incurrere possunt, vt falsò concludit aduersarius. Nec præfatum Vicarium Generalem similem fratri Eliæ facere debet, nec Elianum & Conuentuales Elianos vocare, siquidem huiusmodi assimilatio, & denominatio, ad suum Ordinem Obseruantiæ referenda est duabus potissimùm de causis. Altera, quia Vicariatus nomen ad imitationem Apostatæ Eliæ procurarunt. Vndè contra regulæ præscriptum, superioribus, qui Vicarij nominabantur, ab anno 1436. vsque ad annũ 1517. adhæserunt. Altera, quia eun-

dem Apoſtatam ſunt imitati, quoàd obedientiæ relaxationem, ſiquidem excuſſo Obedientiæ iugo, ad inſtar fratris Eliæ à Miniſtris receſſerunt, quibus tamen ex regula in omnibus, quæ non ſunt contra animam, & regulam parere tenebantur. Iurè ergo Obſeruantes Eliani cenſendi ſunt, ad quos Apoſtatæ Eliæ vera hereditas, & vera ſanctorum imitatio pertinet. Obſeruantes Eliani dici debent.

Quartæ quæſtionis argumenta, quæ probant digniorem locum in Capella, & actibus publicis, deberi Procuratori Generali Conuentualium, Aduerſarius breuiter ſoluit. Et primum argumentum quod à poſſeſſione vſque ad tempus Clementis VIII. deducebatur vocat merum figmentum, quòd omnibus compertũ eſt, nam adhuc multi ſuperſunt, qui viderunt Procuratorem Generalem Conuentua-

lium immediatè coniungi Dominicano in Capella Pontificis, ante Clementis VIII. tempora. Sed clarè colligitur ex ipso memoriali Clementis VIII. porrecto à Procuratore nuncupatæ Obseruantię, qui vt decretum S. Congregationis testatur, tunc locum digniorē ante Procuratorem Generalem Conuentualium competebat, ergo tunc ex edicto obtinuit, vel potius extorsit, quod nondum habebat, fauente Illustriss. Cardinale de Mathæis tunc Obseruantium Protectore, & quo tempore Conuentuales Protectore destituti erāt, vndè mirùm non est si res Obseruantibus fœliciter successit. Aduersarius autem referens sacræ Congregationis decreta, hoc loquendi modo vtitur, quæso notetur. Conuentuales, inquit, per decretum primum Congregationis ceciderunt

in nomine Patris, per ſecundum, in nomine Filij, per tertium, grauiori lapſu caſuri, in nomine Spiritus ſancti, & totius Trinitatis, ſed vtrùm hæc verba impunè dici poſſint videat ſacra Cógregatio, hoc vnum tantùm obiter dicá, aduerſarium contra legem pietatis, & charitatis, ex lege immoderatè arma ſumere, & Religionem Religione irriſoriè impugnare.

Probat autem duobus modis, Obſeruantes Procuratores locum digniorē in Capella ab anno 1517. vſque in præſens obtinuiſſe, & pacificè occupaſſe, nimirum ex Leonis X. Bullis, & duobus decretis Congregationis. Sed antequam reſpondeam, velim notemus, quáta ſit vis veritatis, quæ contra calliditatem, & ſolertiam, in publicū prodit. Siquidē multis in locis aduerſarius mordicùs aſſerit inſtitutū

ſuæ nuncupatæ Obſeruantiæ ſemper extitiſſe, ad quòd traxit omnes ſanctos Doctores, Prælatos, & omnes Generales, & conſequēter Procuratores Generales. Conuentualiũ autē Ordinē ſæpiùs affirmat cępiſſe ſub Leone anno 1517. At nũc contra ea, quæ tam aſſeueranter ſcripſit, fatetur Obſeruantes dignitatem Capellæ ſub eodem Leone anno 1517. obtinuiſſe. Sed obſecro, quia huiuſmodi dignitas non fuit eis conceſſa per nouam inſtitutionem, ſed per ſucceſſionem, cui vel quibus ſucceſſerũt? Non potuerũt ſuccedere Obſeruan. quia nō fuiſſet ſui inſtituti prima dignitas ergo Conuētual. ſucceſſerũt, quia tũc Religio Minorũ his tantùm conſtabat Conuentualibus, & Obſeruantibus, Ergo Conuentuales nō cœperunt ſub Leone, imò potiùs Obſer-

Obſeruantes, quia tunc ad dignitates Ordinis euecti ſunt. Conciliet aduerſarius ſi poteſt hæc tàm contraria dicta, & ſi non poteſt, vitium ſuæ ſcripturæ corrigat, & errato veniam petat.

Duo autem fundamenta, quibus aduerſarius innititur facilè ruunt; nam Bullæ Leonis abſque vigore manent, vt ſuprà copioſè probatum eſt, & Decreta ſacræ Congregationis, etiam contra intentum aduerſarij faciunt, quia nō oſtendunt poſſeſſionem ſuam in Capella fuiſſe pacificam, & tranquillam à tempore Leonis X. vt ipſe falſò ſupponit, ſed tantùm à tempore Clementis VIII. locum Capellæ obtinuiſſe. Verùm hæc paulò diligentiùs conſideranda ſunt, vt fundamentorum vanitas meliùs agnoſcatur. Iam dictũ eſt

Bullas Leonis irritas esse. Sed dato quòd adhuc aliquam vim habeāt, nullo modo Obseruantibus hac in re suffragantur, quia nullam faciunt mentionem Procuratoris Ordinis, cuius dignitas non præsumitur à Leone, per translationem in Obseruantes, nec deprimitur per subalternationem, ita vt teneatur locum cedere Procuratori Obseruantium, ex speciali decreto Bullarum Leonis. Nec valet dicere Leonem X. ex quo transtulit ministeriatum ad Obseruantes, etiam Procuratoris officium implicitè transtulisse, nam non est credibile acuratum Pontificem hoc fieri voluisse, sine expressione dignitatis Procuratoris, quæ cum sit ex præcipuis dignitatibus Ordinis non debuit silentio inuolui, aut confusè subintelligi, & eò potissimùm, quia Mi-

Dignitas Procu. Gen totius Ord. penes Conuent. est.

nistrorum Commissariorum, Diffinitorum, Discretorum, Custodũ, Guardianorum, propria mentio habetur. Quapropter magis est credendum est Procuratoris nomẽ & officium data opera non exprimi, vt certò sciamus dignitatẽ Procuratoris penès Conuentuales intactam, & integram permansisse, etiamsi cætera officia, quoàd præeminentiam, ad Obseruãtes (quod tamen absolutè negatur) translata fuissent virtute Bullarum Leonis. Quod adhuc satis clarè deducitur, ex Bulla vnionis 29. vbi specialis mentio fit de domo sancti Saluatoris, quæ diplomate Apostolico, longè antè facta fuerat sedes Procuratorum Generalium totius Ordinis, sed cum eã præfatus Pontifex speciali mandato Conuentualibus reseruat, nulla penitus facta men-

Sedes Procurat. Gen. totius Ord. apud Pontẽ Sixtum.

tione translationis aut separationis Procuratoris, sanè videtur insinuare continuam dignitatem Procuratoris in Ordine Conuentualium apud domum S. Saluatoris propè Pontem Sixtum remansisse. Quòd etiam à simili probatur, nam cum ipsemet Leo in Bulla vnionis 2. æquali priuilegio sacrum Conuentum Assisij, & domum S. Saluatoris Conuentualibus reseruet, etiam superior Conuentualium eiusdem sacri Conuentus præferatur, absq; controuersia, superioribus Obseruantibus, in processionibus & actibus publicis in ciuitate Assisij, sequitur etiam, quod pari ratione Procurator Generalis, cuius domicilium est apud S. Saluatorem, eodem prçcedentiæ priuilegio in Curia gaudere debeat. Itaq; fundamétũ dignitatis Obseruantiæ, quoàd

Bullas Leonis, penitus ruit. Quòd autem attinet ad decreta S. Congregationis, quæ ſub Clemente VIII. emanarunt, non ita fauent prædicto Procuratori, vt ſibi falsò ſuadet, quia non dicunt, nec ſupponunt dictum Procuratorem Obſeruantiæ obtinuiſſe digniorem locum in Capella, & actibus publicis à tempore Leonis X. quod eſt præcipuum aduerſarij intentum, imò oppoſitum inſinuare videntur, nã cum referant Procuratorem Obſeruantiæ dediſſe ſupplicem libellum Sanctiſſimo ſuper præcedentia ante Procuratorem Conuentualium ſibi competenti, ſatis declarant, tunc eum non habuiſſe digniorem locum, de quo eſt quæſtio, quia fruſtrà precibus petitur, quod iam habetur, & hinc mendacij conuincitur aduerſarius, qui

Sixtus V. fuit Procurat. Gener. Min. Con.

ausus est dicere Sixtum V. dũ Procuratoris Generalis personam ageret apud Pontem Sixtum, locum in Capella, & præcedentiã non accepisse, nec ambiuisse, nam nõ solùm ipse meritò accepit, & obtinuit, quod Conuentuales iure petunt, & obtinere sperant, sed successores eius idem obtinuerunt vsque ad Clementem VIII. vt apud multos viros graues adhuc perspicuum est, nec aduersario credendum est, qui tot falsa huc vsque pertulit, & tot vicibus stetit mendacio cõtra verum.

Nunc ad concordatum deueniendum est, quòd aduersarius suggerit, tanquam stabilimen, & firmamentum suæ prætentionis. In quo hæc potissimùm duo in fauorem Obseruantium statuuntur. Primum, quod Magister Generalis

Conuentualium renunciauit titulo Miniſtri Generalis, ſuo Magiſterio contentus, promittitque ipſe cum ſuo Procuratore, per ſe, & ſucceſſoribus locum digniorem in omnibus actibus publicis Obſeruantibus. Secundum, quod benedictio Pontificis, illi deſeruiret pro illa vice tantùm, loco Confirmationis petendæ à Miniſtro Generali Obſeruantium, & quia, inquit aduerſarius, hæc coràm Notario, & teſtibus iuramento confirmarũt ambo Generales, & Procuratores, ideò contraueniẽtes à periurio excuſari non poſſunt.

Sed mirum, quod huiuſmodi concordatum, aduerſarius ſuppeditet, ſiquidem ſuæ præcedentiæ, & prætendentiæ magis videtur aduerſari, quàm ſuffragari, hinc enim euidenter cognoſcitur Bullas Leo-

nis, quibus tota dignitas nuncupatæ Obſeruantiæ ſtabilitur, ex tunc dubias, & controuerſas fuiſſe, alioquin, ſi tunc vim habuiſſent, quid opus erat concordato inferiorum, qui ſicut non poſſunt abrogare, aut infirmare Pontificum decreta, ſic nec cõcordato poſſunt ea firmare, & ſtabilire. Iam ſummus Pontifex geminato diplomate tranſtulerat Miniſtri titulum in Obſeruantes, iam declarauerat benedictionem Generalis Conuentualium loco confirmationis, pro illa vice dũtaxat ei ſufficere voluiſſe, & ideò cum diplomata Apoſtolica, ſatis ſeipſis firmentur, & non indigeant inferiorum determinationibus, ſequitur concordatum ſuperfluum fuiſſe, aut illa Leonis diplomata, ex tunc in controuerſiã veniſſe. Vndè tandem nullam vim

habuiſſe

habuiſſe Conuentuales meritò di-
cere poſſunt. Cæterum quia aduer-
ſarius Conuentuales periurij ma-
cula afficit, & quod quæſierint, &
adhuc quærant digniorem locum
in Capella, & actibus publicis, cō-
tra id quod iuramento Præfecti
Conuentuales promiſerunt pro
ſe & ſucceſſoribus. Reſp. Et quic-
quid ſit de concordato, de quo iu-
re dubitari poteſt. Dico quod vnus
poteſt, ſe alicui, & ſucceſſoribus,
ſub pœnis periurij obligare; ſed nō
poteſt obligare ſe, & ſucceſſores
ſuos, quia in primo caſu agitur de
obligatione aliena, quam non po-
teſt facere, niſi interueniat manda-
tum ſpeciale, quia anima non liga-
tur, niſi ex conſenſu proprio. Qua-
propter Generalis Conuentualiū,
& Procurator eius excuſantur qui-
dem à periurio, ſed aduerſarius, ne-

ſcio ſi ab iniuria illata excuſari poſſit.

Sed iam videamus quid aduerſarius reſpondeat hoc vnico argumento allato. Procurator nuncupatæ Obſeruantiæ non occupat locum in Capella ex indulto Apoſtolico, non ſuccedit Procuratoribus Ordinis, quorum domicilium eſt apud Pontem Sixtum. Reſpondet per negationem, quoàd vtramque partem, & vt hoc probet, recurrit ad ſuam communem refugij arcem, & dicit Bullas Leonis ſibi fauere, gemina decreta ſacrę Cōgregationis, & concordatum. At oſtenſum eſt Bullas Leonis, non ſibi ſuffragari, ex hoc potiſſimùm quia de Procuratore nuncupatæ Obſeruantiæ nec verbum quidem habent. Decreta ſacræ Congregationis non oſtendunt ſuam poſſeſ-

ſionem à centum annis, vt glorìatur, ſed tantùm à tempore Clemẽtis VIII. Concordatum autem nõ obligare, ex dictis ſatis patet, vndè remanet argumentum, quoad primam partem. Quoàd ſecundam, quod non ſuccedat Procuratoribus Ordinis, patet hac euidenti ratione, quia diplomate Apoſtolico Procuratoribus Ordinis, ſedes, & domicilium officij aſſignatum eſt apud S. Saluatorem, propè Pontẽ Sixtum, vbi duo ſummi Pontifices, aliqui Cardinales, multi graues viri, & præclari, dùm officium agerẽt permanſerunt, quibus non poteſt ſuccedere Procurator Obſeruantiæ, non ſolùm ratione domicilij, cuius poſſeſſionem nunquam habuerunt; ſed etiam ratione dignitatis, quam præteriti Procuratores ex priuilegio conſecuti ſunt, apud

Vniuersitatem Romanam, in promotione Doctorum, quæ per continuam successionem adhuc viget penès Procuratores Conuentuales. Vndè benè sequitur, tam ex domicilio, quàm ex priuilegio Doctoratus, Procuratorem Obseruantiæ, nullomodo succedere præteritis Procuratoribus. Sed ad priuilegiũ Vniuersitatis respondet aduersarius; Nullus, inquit, ad id cogitur. Procurator Iesuitarum, & alij plures Magistri, non sunt Promotores.

At hæc fuga dici potest, & inanis garrulitas, nam sermo est de priuilegio præcipuis Procuratoribus Mendicantium concesso, ad quod cæteri Procuratores qui nouissimè venerunt, nullum ius habent. Ergo non opus est Iesuitas, aut alios postremos nominare, qui


non ſe iactant aliis antiquioribus ſuccedere, nec primorum loca, aut dignitates ambire contendunt; ſed oſtendere debet, ſi poteſt, ſuam ſucceſſionem, quam cùm probare non poſſit, ab iniuſta poſſeſſione Capellæ cadat neceſſe eſt.

Sed tandem pro concluſione, conſideranda eſt iactantia Procuratoris nuncupatæ Obſeruantiæ, qui non ſolùm ſe præfert Procuratori Capuccinorum, & Conuentualiũ, ſed audet ſe nominare Procuratorem totius Ordinis S. Franciſci, quem titulũ nullus vnquàm vſurpare auſus eſt: cui hac de cauſa illud Dauidicum quadrare videtur; Vidi hominem ſuperexaltatum & eleuatũ, ſicut Cedros Libani, trãſiui, & ecce non erat. Nam iſte Procurator, qui ſuper omnes vult eleuari, re vera omnibus minor eſt &

dignitatē poſtremus, ſiquidem dignitas Procuratoris Generalis, Capucini, & Conuētualis, totum Ordinem eiuſdem inſtituti complectitur, & tantùm ſe diffundit, quā-tùm Religio extenditur, vnde iure merito dicuntur Procuratores Generales. At iſte Procurator nuncupatæ Obſeruantiæ, non poteſt dici Procurator Generalis ſui inſtituti, cuius iuriſdictio arctatur ad partes Vltramontanas, & Italiam non ingreditur.

Item ſuum officium Procuratoratus, aut nullam ſuperioritatem, aut diminutam dicit, & longè inferiorem dignitatibus aliorū Procuratorum. Siquidem Conc. Trid. præcipit ſuperiores erigere debere per vota ſecreta, cùm autem ſolus Procurator nuncupatæ Obſeruā-tiæ in Ordine Minorum non eli-

gatur, ſed à Generali deputetur, ſequitur eum minus dignitatis habere quam habeant cæteri Procuratores. Vndè nullo prorſus iure Procurator ille diminutus dici poteſt Procurator totius Ordinis S. Franciſci, immò nimis audaciæ arguendus eſt, quia cum ſit nouiſſimus, ſe omnium primum facit.



CONFVTATIO

responsionis, quam frater quidam Anonimus nuncupatæ obseruantiæ alumnus eduxit in fauorem sui ordinis, contra libellum Eccellentiss. Oratoris nomine sui Regis Christianiß. oblatum sanctißimo, pro reductione magni Conuentus Parisiensis, & trium Prouinciarum, nimirum Franciæ, Turoniæ, & S. Bonauenturæ ad suum pristinum Conuentualium statum.



NTEQVAM igitur rem aggrediar in ipso tituli primordio paulisper esset immorādum, in quo Author iste Anonimus, quæ manifesta patent simulare, & corrum-

pere videtur, cum ſicut nullus, vt ipſe ſuis verbis inſinuat Oratoris Regij nomen vſurpare ſibi præſumpſerit, vt præfatæ petitionis faciliorem exitum ſortiretur. Ita nec facit ad rem propoſitam Miniſteriatus nomen Generalibus Conuentualibus conceſſum Magiſterij titulo à Regula alieno, & à voluntate ſummorum Pontificum, cui ſubjacemus dolosè commutare; Sed breuitati cõſulere volens, quę callidè ſuo contexit titulo relictis rationibus, quæ tot verba ſua non benè congeſta refellere poſſent, pio ſilentio inuoluam.

Mirandum autem in primis, in quæ verba initio ſuæ reſponſionis ſe labi patiatur Obſeruans iſte, ſuæ immemor Obſeruantiæ, & proprię cõtemptor Regulæ fratribus omnibus præcipientis honeſtos & ca-

ſtos de omnibus vbique ſermones habere; miror inquam quod humilitatis Franciſcanæ Profeſſor, rem tam grauem maturo coronæ Regiæ conſilio benè digeſtam, & conſideratam, à Principibus Eccleſiaſticis examinatam, & approbatam; ab ipſis denique fratribus propriam ſalutem anhelantibus diu optatam, iniuſtitiæ labe notare non erubeſcat; Quod ſanè tenuem ſuæ cauſæ debilitatem oſtendit, & omnium auribus diſplicere & obſtrepere debet.

Quod autẽ prolixiori ſermone de reformatione Conuentus Pariſiẽſis, & trium Prouinciarum Galliæ deducit, non eſt quod reſpondeam cum in eo lis non verſetur, hoc vnum duntaxat conſiderandũ eſt, quod nemo hiſtoriæ Seraphicæ conſcius huiuſmodi refor-

mationem à Conuentualibus factam fuisse negare poterit: Siquidem frater Delphinus, qui fauente authoritate Illustrissimi Domini Cardinalis de Ambasia, talem reformationem introduxit, erat instituti Conuentualium, & eorum Generalis Minister, vt videre licet in Constitutionibus Alexandrinis, quæ sub Alexandro sexto anno 1501. emanarũt, Et hoc etiam euidentèr apparet in lapide marmoreo, qui posteritati inspiciendus in Capitulo magni Conuentus Parisiensis erectus fuit, cuius hæc sunt verba; Anno millesimo quingentesimo secundo adueniẽs Reuerendissimus Magister Ægidius Delphinus ordinis Minorum Minister Generalis quadragesimus, hunc toto orbe famosissimũ Conuentum Parisiensem fauore,

& auxilio Christianissimi Ludouici Francorum Regis, atque dignissimi Senatus Parisiensis, & Reuerendissimi Domini Cardinalis de Ambasia reformauit, &c. Ita ut talis reformatio à Magistro Ægidio Delphino ordinis Generali ortum habuerit, quem nulli dubium esse debet Conuẽtualem fuisse: Nam præterquam quod nullus vnquam Generalis Obseruantium nuncupatorum Magistri titulo potitus fuit, adhuc frater Christophorus à Forliuio qui primum inter illos communi omnium consensu Generalatus officiũ exercuit, ad illud aliquot post annos, scilicet millesimum quingentesimum decimum septimum promotus fuit, vt clare videtur in bullis Vnionis, & Concordiæ, quæ Leonis decimi tempore prodie-

Vniuersitatem Romanam, in promotione Doctorum, quæ per continuam successionem adhuc viget penès Procuratores Conuentuales. Vndè benè sequitur, tam ex domicilio, quàm ex priuilegio Doctoratus, Procuratorem Obseruantiæ, nullomodo succedere præteritis Procuratoribus. Sed ad priuilegiũ Vniuersitatis respondet aduersarius; Nullus, inquit, ad id cogitur. Procurator Iesuitarum, & alij plures Magistri, non sunt Promotores.

At hæc fuga dici potest, & inanis garrulitas, nam sermo est de priuilegio præcipuis Procuratoribus Mendicantium concesso, ad quod cæteri Procuratores qui nouissimè venerunt, nullum ius habent. Ergo non opus est Iesuitas, aut alios postremos nominare, qui


non ſe iactant aliis antiquioribus ſuccedere, nec primorum loca, aut dignitates ambire contendunt; ſed oſtendere debet, ſi poteſt, ſuam ſucceſſionem, quam cùm probare non poſſit, ab iniuſta poſſeſſione Capellæ cadat neceſſe eſt.

Sed tandem pro concluſione, conſideranda eſt iactantia Procuratoris nuncupatæ Obſeruantiæ, qui non ſolùm ſe præfert Procuratori Capuccinorum, & Conuentualiũ, ſed audet ſe nominare Procuratorem totius Ordinis S. Franciſci, quem titulũ nullus vnquàm vſurpare auſus eſt: cui hac de cauſa illud Dauidicum quadrare videtur; Vidi hominem ſuperexaltatum & eleuatũ, ſicut Cedros Libani, trãſiui, & ecce non erat. Nam iſte Procurator, qui ſuper omnes vult eleuari, re vera omnibus minor eſt &

dignitatē poſtremus, ſiquidem dignitas Procuratoris Generalis, Capucini, & Conuĕtualis, totum Ordinem eiuſdem inſtituti complectitur, & tantùm ſe diffundit, quátùm Religio extenditur, vnde iure merito dicuntur Procuratores Generales. At iſte Procurator nuncupatæ Obſeruantiæ, non poteſt dici Procurator Generalis ſui inſtituti, cuius iuriſdictio arctatur ad partes Vltramontanas, & Italiam non ingreditur.


Item ſuum officium Procuratoratus, aut nullam ſuperioritatem, aut diminutam dicit, & longè inferiorem dignitatibus aliorū Procuratorum. Siquidem Conc. Trid. præcipit ſuperiores erigere debere per vota ſecreta, cùm autem ſolus Procurator nuncupatæ Obſeruátiæ in Ordine Minorum non eli-

gatur, ſed à Generali deputetur, ſequitur eum minus dignitatis habere quam habeant cæteri Procuratores. Vndè nullo prorſus iure Procurator ille diminutus dici poteſt Procurator totius Ordinis S. Franciſci, immò nimis audaciæ arguendus eſt, quia cum ſit nouiſſimus, ſe omnium primum facit.



CONFVTATIO

responsionis, quam frater quidam Anonimus nuncupatæ obseruantiæ alumnus eduxit in fauorem sui ordinis, contra libellum Excellentiss. Oratoris nomine sui Regis Christianiß. oblatum sanctißimo, pro reductione magni Conuentus Parisiensis, & trium Prouinciarum, nimirum Franciæ, Turoniæ, & S. Bonauenturæ ad suum pristinum Conuentualium statum.



NTEQVAM igitur rem aggrediar in ipso tituli primordio paulisper esset immorãdum, in quo Author iste Anonimus, quæ manifesta patent simulare, & corrum-

pere videtur, cum ſicut nullus, vt ipſe ſuis verbis inſinuat Oratoris Regij nomen vſurpare ſibi præſumpſerit, vt præfatæ petitionis faciliorem exitum ſortiretur. Ita nec facit ad rem propoſitam Miniſteriatus nomen Generalibus Conuentualibus conceſſum Magiſterij titulo à Regula alieno, & à voluntate ſummorum Pontificum, cui ſubjacemus dolosè commutare; Sed breuitati cõſulere volens, quę callidè ſuo contexit titulo relictis rationibus, quæ tot verba ſua non benè congeſta refellere poſſent, pio ſilentio inuoluam.

Mirandum autem in primis, in quæ verba initio ſuæ reſponſionis ſe labi patiatur Obſeruans iſte, ſuæ immemor Obſeruantiæ, & proprię cõtemptor Regulæ fratribus omnibus præcipientis honeſtos & ca-

ſtos de omnibus vbique ſermones habere; miror inquam quod humilitatis Franciſcanæ Profeſſor, rem tam grauem maturo coronæ Regiæ conſilio benè digeſtam, & conſideratam, à Principibus Eccleſiaſticis examinatam, & approbatam; ab ipſis denique fratribus propriam ſalutem anhelantibus diu optatam, iniuſtitiæ labe notare non erubeſcat; Quod ſanè tenuem ſuæ cauſæ debilitatem oſtendit, & omnium auribus diſplicere & obſtrepere debet.

Quod autẽ prolixiori ſermone de reformatione Conuentus Pariſiẽſis, & trium Prouinciarum Galliæ deducit, non eſt quod reſpondeam cum in eo lis non verſetur, hoc vnum duntaxat conſiderandũ eſt, quod nemo hiſtoriæ Seraphicæ conſcius huiuſmodi refor-

& auxilio Christianissimi Ludo-
uici Francorum Regis, atque di-
gnissimi Senatus Parisiensis, &
Reuerendissimi Domini Cardina-
lis de Ambasia reformauit, &c.
Ita ut talis reformatio à Magistro
Ægidio Delphino ordinis Gene-
rali ortum habuerit, quem nulli
dubium esse debet Conuẽtualem
fuisse: Nam præterquam quod
nullus vnquam Generalis Obser-
uantium nuncupatorum Magistri
titulo potitus fuit, adhuc frater
Christophorus à Forliuio qui pri-
mum inter illos communi om-
nium consensu Generalatus offi-
ciũ exercuit, ad illud aliquot post
annos, scilicet millesimum quin-
gentesimum decimum septimum
promotus fuit, vt clare videtur in
bullis Vnionis, & Concordiæ, quæ
Leonis decimi tempore prodie-

runt. Conſtat ergo primeuam reformationem magni Conuentus Pariſienſis Conuentualibus deberi, cuius, Obſeruantes nuncupati, nulla ratione, non ſolùm authores aut promotores; ſed nec quidem participes, & coadjutores dici debent.

Hæc autem reformatio non ſeparauit fratres Pariſiéſes & trium Prouinciarum à corpore Conuentualium, cùm ſtatum eorum non immutauerit, priora legata perpetua ad diuinum cultum & fratrũ ſuſtentationes ordinata, capſas & truncos ab Eccleſijs eorum non auferendo, & alia quamplurima relinquendo, quæ Conuentualibus competunt, & obſeruantium ſtatui repugnant, quod perſpicuè deducitur ex bulla Alexandri ſexti quæ incipit Super gregem domi-

nicum: In qua ipse Pontifex, loquens de reformatione Conuentuum Franciæ mãdat, vt reformatio fiat iuxta instituta, priuilegia, indulta, & consuetudines, & non alias; Domus autem inquit, & fratres sic reformati ad nouam obedientiam minimè reducantur; sed sub Ministri & illius Custodis obedientia vt prius remanere debeant: Et inde fit vt vnio Couentus Parisiensis, & triũ Prouinciarũ facta virtute bullę vnionis cũ Obseruantibus nuncupatis nunquam quadrare poterit, cum illis, annuis redditibus potiantur, & reformati sint iuxta priuilegia; isti vero sub puritate Regulæ viuentes huiusmodi priuilegijs frui, & bona immobilia possidere non possint.

His addendum quod maxima cõsideratione dignum est, ac Ob-

formationem à Generali Cōuentualium introductam, & ab Alexandro ſexto præſcriptam, vt ſuperius dictum eſt. Cum autem Leo decimus in ipſa bulla vnionis irritam & inanem declaret electionem Generalis Miniſtri Obſeruantium nuncupatorum, ſi perſonæ eligentes ſtrictam reformationem non profiteantur, profectò, aut Magnus Conuentus Pariſienſis, & tres Prouinciæ debent diſiungi, & ſeparari à ditione præfati Generalis Obſeruantium, aut ſi ei adherent, periculoſam ſanè, & ſuſpectam; imò prorſus inualidam ſuam electionem, non ſine leſione propriæ conſcientiæ, & ſuorum fratrum reddet: Et hinc facilè colligitur petitionem Oratoris Regis non poſſe dici injuſtam, ſed juſtiſſimam, quia fauet conſcientijs fra-

trum, & diplomatibus ſummorum Pontificum eſt conformis.

Accedit etiam, quod conformitas in Religione, piè, & ordinatè diſpoſita, ritè ſeruanda eſt, ne confuſioni Religionibus aditus præbeatur; Diſpares enim in vnum corpus ſociari non poſſunt, ſicut ex multis membris inter ſe ex diametro oppoſitis vnum corpus coaleſcere nequit. At liquidò conſtat iſtos Patres Pariſienſes, & triũ Prouinciarum, diuerſum à Reformatis Obſeruantibus, de quibus Leo decimus ſermonem facit in bulla vnionis, quoad veſtitum, gradus, & priuilegia quæ ſpectant ad bona temporalia, diuerſum inquam viuendi modum profiteri; Nec illa poſtrema Patris Benigni viſitatio, ſicut nec prædeceſſorum eius vt ſatis notum eſt, potuit effi-

cere, quò minùs Patres Parisiẽses, & trium Prouinciarum, solitis sibi vestibus, & priuilegijs vtantur, & annuos redditus retineant, quibus ab Obseruãtibus nuncupatis semper discreparunt.

Apparet autem ex præfata bulla intentum Leonis decimi esse, vt qui priuilegijs bona temporalia concernentibus gaudent Generalium Conuentualium authoritati subjaceant: Illi verò qui Obseruantes dicuntur, Regulam purè & simpliciter profitentes, & viuentes absque priuilegijs bona temporalia concernentibus vno capiti, qui sit de Obseruantia obedientiam præstent.

Ex quibus omnibus eliciendum est, supradictum Conuentum Parisiensem, & hujusmodi Prouincias Obseruantibus nuncupa-

tis adhærere non posse, quinimò Ministri Generalis Obseruantium nuncupatorum electio hucusque valdè dubia & anceps, ne dicam irrita & inanis esse debet, eo quòd contra intentum, & institutum Leonis decimi, in electione Ministrorum Generalium nuncupatorum, præfati Patres semper concurrerunt, quamuis non fuerint Reformati iuxta præscriptum bullæ vnionis; quod quidem si iste frater Anonimus accuratè perpendisset, non tam facilè ex ore suo labi passus esset, istam petitionem ipsorummet conscientijs consulentem contra justitiam, ex diametro stare. Cùm verò satis superquæ rationibus ostensùm sit, hanc petitionem non esse contra justitiam, vt ipse nimis audacter affirmare ausus est, jam sequitur bre-

uiter ostendamus, hanc eandem esse justissimam rationi, & Regulæ consentaneam, & statui illorum Patrum vtilem, imò necessariam ex refutatione parui ponderis incommodorũ, quæ inconsideratè, frater Anonimus congerit.

Obijcit ergo primò, quod hujusmodi reductio si fiat est contra professionem, quam Deo & sancto Francisco fecerunt præfati Patres, eo quòd vnirentur Conuentualibus, qui diui Francisci Regulam secundùm quid, & quoad partem vt ipse inquit profitentur: Sed hic sanè de industria author iste nomen suum tacuit, profectò si nouissem pio Seraphicæ charitatis incentiuo succensus illi fraternam charitatem adhiberem; Quia cum non possit suam debilem causam defendere, vt illam saltem appa-

renter defendat, propriæ immemor professionis offendit Couentualium Ordinem, pietate, & doctrina celebrem, & tot dignitatibus Ecclesiasticis Illustrem, dum dicit quòd Regulam Beati Francisci, secundùm quid & quoad partem profitentur. Sed quæso vndè hoc deducit fraterculus iste Anonimus, sanè hæc sola ratio hac in re occurrit, quia Conuentuales profitentur regulam indultis Apostolicis mitigatam: At summus Pontifex dicitur dispensator fidelis, nec sua dispensatione minuit regulam, aut derogat perfectioni eius, sed rigorem temperat, & ita moderatur vt profitentes non regulam secundùm quid aut diminutam sed totam, & completam promittant, & amplectantur: Cui enim videre & pascere gre-

gem datum est, ei etiam opportunè prouidere creditũ est; Vndè Bernardus libro de præcepto & dispensatione; Quamdiu inquit charitati militant statuta regulæ, immobiliter fixa sunt, ita vt mutari non possint, nec ab ipsis Præpositis sine offensa; sed aliquando justissimum esse liquet, vt quæ pro charitate inuẽta fuerunt, pro charitate quoque, vbi expedire videbitur, vel omittantur, vel intermittantur, vel in aliquod forté commodiùs demutentur. Verùm liceat mihi calumniatorem Anonimum ad pijssimum Nauarram mittere, vt audiat eum dicentem Tomo 4. de regularibus: Mallem esse Conuentualis seruando Regulam B. Francisci Apostolica authoritate temperatam, quàm frater de Obseruantia non seruando eam inte-

gram. Ex quo deducitur quod Conuentuales non profitentur Regulam mutilatam, & secũdùm quid, sed veram regulam indultis Apostolicis mitigatam, temperatam, & interpretatam; Et sané satis mirati non possum, quòd cum nullus vnquam alicujus authoritatis Vir, Regulam Conuentualium mutilatam truncatam, & secundùm quid appellare ausus fuerit: Iste nullius nominis, & vitæ incognitæ nulla ratione, sed sola passione impulsus, talia proferre non erubescat.

Quod autem attinet ad professionem fratrum Parisiensium & aliarum Prouinciarum videat quid dicat Cordubensis quæst. 18. in Cap. 2. Regulæ, vbi ait, quod si quis non intendit se obligare profitendo absoluté, vel cum limitatione

mitatione expressa; nisi ad Regulam Beati Francisci dispẽsatam, sicut est apud Conuentuales, quod tunc ad nihil aliud tenetur, & est in bono statu dum modò alias viuat debitè reformatus, Prædicti autẽ Patres dici possunt consortes Fratrum Conuentualium; qui cum indultis, & priuilegijs Immobilium, Capsarum Truncorum vitam secum degerunt; si verò prædicti Patres hactenus puram Regulam nouerint, & temperatam seruent; quomodo illorum Superiores Obseruantes; qui rationem animarum sibi commissarum reddere debent hujusmodi deformitatem hucusque passi fuerunt? Hæc ergo reductio, animarum saluti consulere videtur, & omnino necessaria est, & vbi superiorum illo-

rum vigilantia deficit, ibi diuina quadam prouidentia, zelus piorum fratrum & salubre Christianissimi Regis consilium succurrit. Nec est quod rei tam grauis, benè ponderatæ, atque discussæ, tam leuem causam in medium afferat frater, Anonimus, dum ait, talis reductionis præcipuum motiuum esse, quia Patres Galli non assumuntur ad officia Generalia Ordinis; Nam illum talia proferentem toto cœlo pœnitus aberrare patet, cùm hujusmodi petitio justis allata de causis, non in pretensione officiorum, sed in intentione salutis animarum fundata consistat, quod potissimùm innotescit: Quia de multis alijs Prouincijs ejusdem Regni quarum Patres Reformati possessores dicũtur, nullus habetur sermo,

quamuis ad officia Generalia non admittantur.

Secundùm inconueniens, in quo obijcit, sanctam Sedem non solere corpori alicujus Ordinis condescendere, vt ad laxiorem vitam transeat, nullius ponderis est, & facilè euanescit, cùm falso innixum fundamento subitò corruat & collabatur: Nam supposita tali reductione nullus transitus intercedit, quia tàm isti Patres Parisienses, & trium Prouinciarum, quàm Conuentuales, priuilegijs bona temporalia concernentibus fruuntur: Nullus ergo transitus, nisi de manifesto salutis periculo ad securam conscientiarum quietem: qui certè transitus ab omnibus admitti, & commendari debet.

Tertium inconueniens facili

ratione ventilatur, & similiter destruitur: Nam fratres dictarum Prouinciarum tali separatione, non subijciuntur salutis damno; sed potiùs per illum statum, in quo diutiùs steterunt, manifestis, & imminentibus suarum animarum periculis expositi, per hanc salubrem reductionem ad piam animarum suarum tranquillitatem, diuina quadam prouidentia reducuntur, eo magis quia firmiter tenent, se non profiteri regulã sicut reformati, Obseruãtes à quibus, habitu, statutis, titulis, & priuilegijs sẽper discreparũt, & negant se Barthinonensibus statutis subijci; quia condita sunt pro fratribus de familia, antequam Ministro Generali Obseruantium ipsi submitterentur. Verùm satis hunc mirari non possum, qui in

discordia concordiam, & in diuersitate vnitatem esse velit, ait enim professionem Capucinorum, Reformatorum & Obseruantium eandem pœnitus esse; Sed si ita est, quo jure annui reditus, nomine Lampadis, sacrarij Ecclesiæ, valetudinarij, pretextu studiorum, librorum, Capitulorum, aut alijs similirer de causis, palàm, & publicè Romæ, & alibi ab Obseruãtibus nũcupatis accipiuntur, cùm à Reformatis & Capucinis reijci solent, cùm quibus idẽ prorsus profiteri dicũt? Sanè quocunque prætextu, talia possidere teste Nauarro & alijs Summistis est contra altissimam regulæ paupertatem: Quo posito, aut eorum professionem eamdem non esse, aut si eadem est, profectò eos illam non obseruare perspicuum

eſt: Sed detur quod profeſſio eadem ſit, aut ſaltem eadem debeat eſſe, nimirum abſque priuilegijs bona temporalia concernentibus iuxta intentum Leonis decimi, & contentum Bullæ Vnionis; Iam ex hinc ſequitur, quod Patres magni Conuentus Pariſienſis, & trium Prouinciarum, qui reformati ſunt à Conuentualibus ſecundùm priuilegia, & non alias, nullo modo cum eis poſſe conuenire qui ſtrictam reformationem profitentur.

Quod verò præmittit de diſpenſatione Pontificis, hac in re, ſatis imprudenter, ne dicam impudenter alloquitur, cùm pium Prælatorum Galliæ zelum in fraudem, & ſolertem Conſilij Regis prudentiam in dolos mendacijs contextos, atque iuſtam Iuſti

Regis petitionem in importunitatem, audaci animo, & pernicioſo calamo conuertere præſumit, dicens, quod ſi Summus Pontifex hujus Regiæ petitionis obtētum largiretur, erit, aut mendacijs Prælatorum deceptus, aut Regis importunitate conuictus: Sed quis non demiretur hujus fraterculi dementiam qui non veretur aſſerere Sūmum Pontificē, qui ſacro diuini Spirit⁹ inſtinctu ducitur, & nihil niſi flante eodem ſpiritu concedere ſolet, mendacijs præoccupari, dolis circumueniri, aut importunitate vinci? Sed quis precor non aduertat nimiam homunculi audaciam qui manum ſuam in Chriſtum, Domini millies mittere non formidat, & eodem audaciæ jaculo, Summum Pontificem, & Regem

Christianissimum ferire?

Quò ad alia verò quamplurima, quæ multis paragraphis contra nostrum Ordinem, excusso omnis piæ charitatis jugo malitiosè cæca manu scribit non est immorandũ, eo quòd & immoderatæ passionis motum, & affectum perhibeant, & calumniosa mendacia redoleāt, (& forsam hac de causa Pantherina fraude caput abscondit, & nomen occultat,) sed nec ipsa veritas defensione indiget quæ seipsam seipsa tuetur: Idcirco tot injurias malitiæ testes, quibus Ordinem nostrum potissimùm in Germania, Flandria, Francia, Polonia, Burgundia, & alijs partibus vltramontanis, pietate & doctrina corruscantem deprimere conatur, modesto, & honesto silétio sopire, & extinguere, necesse

est,

est : Nam quò magis excogitatæ, per nefas calumniæ aliquid laudabile,& sanctum dimittere præsumunt, èo magis extollitur : nec non inuitis, & reluctantibus calumnijs eleuatur.

Vltimi igitur conatus, quos in vanitate, & mendacijs fundat, & firmat, vt videre est, facili negotio reprimentur: Cum enim asseuerat prædictos Patres Parisienses, & trium Prouinciarum, nulla bona stabilia possidere, agnitam veritatem videtur impugnare: Nam præterquam quod omnium oculis ista veritas de possessione stabilium clarè subijciatur,& omnes studentes annuum pensum, pro victu soluere teneantur, quod statui Obseruantium aduersatur, adhuc, & ipsi Superiores Conuentus, & Prouinciarum illud fa-

rentur, & Sanctissimo exponunt: Nec se possunt cum indultis & priuilegijs tuta conscientia Obseruantes profiteri, & suo Ministro Generali Obseruantium nuncupatorum subjacere, qui ex præscripto Bullæ Leonis Decreto, stricto paupertatis voto se submisit, & fratres suos ad strictam reformationem, quæ reijcit priuilegia, cogere debet.

Quod deinde subinfert de Magisterio, prætensionibus suis jugulum petit: Nam cùm in toto suæ Obseruantiæ Ordine, nullus, (quamuis de litteris benè meritus) Doctoratus laurea gaudere possit præter Patres Conuentus Parisiensis, & trium Prouinciarum, iurè meritò inferendum est, dictú Conuentum cum tribus Prouincijs non posse cum Obseruátibus

nuncupatis conuenire.

Quod autem de equitatione, redditibus annuis, calceamentis subijcit, hoc totum in illis tribus Prouinciis viguit,& viget, nec vlla vnquá superioris authoritas illud auertere potuit: Sed author iste nobis opponere illud non deberet, meliusque sibi consuleret, si nimiùm acutam oculorum suorum aciem in ordinem suum conuerteret, in quò non desunt excessus Regulæ suæ reluctantes, & peculiari viuendi modo, quem profitentur pœnitus aduersantes, Nam quę falsa nobis obiicit, ea silentio reijcienda sunt: Si quæ vero ex veritate proponit, sciat ea omnia constitutionibus Apostolicis, & priuilegijs mitigata fuisse.

Ex quibus omnibus maturo

iudicio ponderatis, atque discussis intuenti luce clarius innotescit, quàm vanis, & inanibus, hujus authoris Anonimi responsio fundamentis fulciatur; patet etiam quàm iusta fuerit petitio, quam Eccellentissimus Orator oculis suæ Sanctitatis subjecit, Quæ solita sua benignitate & prouidentia necessitati Fratrum propriam Salutem anhelantium succurret, & iustam Iustissimi Christianissimi-que Regis petitionem approbabit.

Et hęc ad calúniosas fratris Anonimi responsiones, dicta, & notata sufficiant.

F. Gabriel Faber Procurator Generalis totius ordinis minorum con.

INDEX RERVM A NOTABILIVM.

A

Debet

I

L

M


P

Q

R.

S

FINIS.



ERRATA.

PAg.43.li.16.viii.lege vii.p.46.li.12.operam mutuant,le.opera vtuntur.p.62.li 7.1377.leg.1517. pa.100.li.16.Conuentu,le.Conuẽtus P.112.l.15. repent,le.repetir.P.126.li.15.adde vt, Pag.129.l.17. demonstratam, le.demonstratum, & lin.22.adde vt. P.127.li.4.fibi, leg.sibi.Pag.130.li.13. extentio, lege extensio.Pag.140.li.22.mutui,le.nutui. Pa.141.li.3. fi,le.si.& li.13.inquir,le inquit,& lin.20. Aduetsarij, leg.Aduersarium.Pag.166.lin.3.quàm, le.quæ. Pag. 180.li.20.reperiuntur,leg.reperiantur.Pag.185.li.5. res,leg.tres,& lin.8. in eis, deme in. Pag.187.li. 8. euidentissimum,addè euidentissimum est. Pag.188. li.9. &,lege ex. Pag.189.lin.6. Minor, leg. Major. Pag.191.li.13.promeitẽtes,leg.promittẽtes, & li.22. ab Alexandro,deme ab. Pag.195.li.12.obseruantia, lege inobseruantia.Pag. 197.lin.11.sanctorum,lege factorum. Pag. 197.li.20.post figmentum.Addè, At non potest dici figmentum,quod &c, Pag.203.li.15. post Vnionis,Adde.§. Pag. 204.li.11.etiam, lege & jam.Pag.207.lin.4. per, leg.pro.Pag.209 li.16.post obligatione. addè Obligatione propria, quam quis facere non potest,prout voluerit,& in 2.casu agitur de obligatione,&c.

